Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FLAVII JOSEPHI

OPERUM

QUÆ SUPERSUNT

Pars Altera.

32. A. 12
2

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,

Η

ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ ΛΟΓΟΙ Ζ'.

FLAVII JOSEPHI

DE

BELLO JUDAICO,

SIVE

JUDAICÆ HISTORIÆ

DE EXCIDIO LIBRI VII.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΛΟΓΩ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ

ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO PRIMO

HISTORIARUM EXCIDII JUDAICI

HÆC CONTINENTUR.

α'. Προοίμιον· ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὁ συγγραφεὺς ἦλθεν [b] ἐπὶ τὸ γράψαι τὴν παρεῦσαν ἱστορίαν. ἔκθεσις κεφαλαιώδης τ ὑποθέσεων τ πάσης πραγματείας.

1. *Proœmium: Quomodo & quam ob causam auctor hujus historiæ animum ad eam scribendam appulit. Summaria totius operis argumentorum expositio.*

β'. Ὅπως λέγεται παρ' ἐνίοις τ ἐν Ἱεροσολύμοις, Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς τῆς τε πόλεως ἐγκρατὴς γέγονε, καὶ κακῶς τοὺς Ἰουδαίους διέθηκε· καὶ ὡς Ὀνίας πρὸς Πτολεμαῖον διέφυγεν.

2. *Quomodo Antiochus Epiphanes ex Hierosolymitarum seditione urbem illorum cepit, & Judæos male tractavit: utque Onias ad Ptolemæum se recepit.*

γ'. Ὅπως Βακχίδην, ἀμύητα λῃστεύοντα κατὰ τὸν Ἐλεάζαρον, [c] Ματθίας ὁ ἱερεὺς ἀποκτείνας, τὸ πλῆθος ἐπαναγόμενος, τόν τε Ἀντίοχον ἐπολέμησε, καὶ πλούτων [d] Ἰούδᾳ τῷ πρεσβυτέρῳ τ παίδων τὴν ἀρχὴν καταλέλοιπε· καὶ ὅπως αὖθις ἐκεῖνος κατώρθωσε πολεμῶν.

3. *Qualiter Bacchiden, in Eleazarum crudeliter sævientem, Matthias pontifex, populo ad se coacto, interfecit; dein bellum gessit adversus Antiochum, morienſque Judæ filiorum natu maximo imperium reliquit: & quomodo ille, bello suscepto, feliciter res restituit.*

δ'. Ὅπως δὲ Ἐπιφανὴς τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀντίοχος, λαβὼν ἐξάμυαν τὸν πατέρα, κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ἐστράτευσε, καὶ τὴν πόλιν κατέσχε, καὶ ὡς Ἐλεάζαρος ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα ἀπέθανεν ὑπὸ τὸν ἐλέφαντα, μηδὲν μέγα δράσας· καὶ ὡς αὐτός τε Ἰούδας, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ἀνῃρέθη.

4. *Quomodo, post mortem Epiphanis, filius ejus Antiochus, qui patri successit, contra Hierosolyma exercitum duxit, & urbem occupavit; & qualiter Eleazarus, Judæ frater, ab elephante oppressus interiit, nulla re memorabili gesta: utque Judas & Joannes frater ejus interempti sunt.*

ε'. Ὅπως Ἰωνάθης δὲ ἀδελφὸς λαβὼν τὴν ἀρχὴν, δόλῳ συλλαμβάνεται ὑπὸ Τρύφωνος δὲ ἐπιτρόπου Ἀντίοχου καὶ κτείνεται.

5. *Quomodo Jonathas Judæ frater, imperio suscepto, dolis à Tryphone Antiochi tutore capitur & occiditur.*

ς'. Ὅπως ὁ Σίμων ὁ ἔσχατος λαβὼν τὴν ἀρχὴν, ὢν γενναίως μὲν ἀφηγησάμενος τ πραγμάτων, ἐλευθερώσας δὲ καὶ σὺν Ἰουδαίοις [e] μετὰ ρ'. ἔτη τῆς τῶν Μακεδόνων ἐπικρατείας, καὶ ἀποδειχθεὶς διὰ δ πλήθους ἀρχιερεὺς, ἐπιβουλεύεται ἐν συμποσίῳ ὑπὸ Πτολεμαίου δ γαμβροῦ.

6. *Quomodo Simon fratrum natu minimus, cum imperium suscepisset, & rebus strenue administratis Judæos post CLXX. annos à dominatione Macedonum liberasset, & à populo pontifex factus fuisset, Ptolemæi generi sui insidiis in convivio appetitur.*

ζ. Ὅπως Ἰωάννης, ὁ δὲ Ὑρκανὸς, ὁ υἱὸς Σίμωνος, τ πατέρα λαβὼν διάδοχον, τόν τε Πτολεμαῖον ἐξέφυγε, καὶ τ Ἀντίοχον ἀπώσατο, καὶ ὅσα κατώρθωσε λαβών τε ἑαυτὸν καὶ τ παίδων Ἀριστόβουλον καὶ Ἀντίγονον· καὶ ὡς, ἐν τριάκοντα τρισὶν ἔτεσιν καλῶς ἀφηγησάμενος τῶν πραγμάτων, τελευτᾷ ὑπὲρ ε'. υἱοῖς, ἄρχοντα τε τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερεὺς, [f] καὶ προφήτης ὤν.

7. *Quomodo Joannes, qui & Hyrcanus dictus est, Simonis filius patrisque successor, Ptolemæum effugit, & Antiochum repulit; & quæ præclare gessit, tam per se quam per filios suos Aristobulum & Antigonum: utque rebus per XXXIII. annos pulchre administratis, & filiis V. relictis, moritur, cum & gentis princeps & pontifex exstitisset, simulque propheta.*

η'. Ὅπως Ἀριστόβουλος ὁ πρεσβύτατος τ Ὑρκανοῦ παίδων μετὰ πεντακοσιοστὸν καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος τῆς ὑπὸ Βαβυλῶνος ἀναπλήσεως, διάδημα περιθέμενος, καὶ τυραννικῶς ἄρξας, τελευτᾷ, ὁ πλεῖον ἐνιαυτὸν βασιλεύσας.

8. *Quomodo Aristobulus, filiorum Hyrcani natu maximus, annis CCCCLXXI. elapsis post revocationem è Babylonia, diadema sumpsit, cumque tyrannorum more imperasset vitam finivit, anno & non amplius in imperio exacto.*

θ'. Ὅπως ὁ ἀδελφὸς Ἀριστοβούλου Ἀλέξανδρος βασιλεύει, καὶ ὅσα ἔπραξεν ἐν πάσῃ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ· καὶ ὅπως ἐμισήθη ὑπὸ τῶν ἰδίων διὰ πολλὰ

9. *Quomodo Alexander Aristobuli frater post eum regnavit, & quas res gessit dum imperaret: qualique odio sui eum prosequuti sunt propter crudelitatem ejus,*

a Al. Κεφάλαια δ' α'. βιβλίου τ Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως. *b* Ita *Vat.* οἷς τὸ συγγράψαι *Gall.* *c* Ita *Gall.* Mattathias in *cæteris.* *d* Ἰούδᾳ deest *Gall.* *e* Ita rectissime ex *Josepho.* ϙ ρ'. ἔτη τ Μακεδόνων καὶ ἀποδειχθεὶς [ἀποδοχθεὶς *Gall.*] διὰ δ ἀρχιερεύς, ἐπιβουλεύεται &c. *MSS. Vat. & Gall.* *f* Ita *Gall.* καὶ προφητεύων *Vat.*

utque è vita diſceſſit cum regnaſſet annos XXVII.

10. *Quemadmodum uxor ejus Alexandra præclare res imperii geſſit, & Hyrcanum filiorum natu maximum pontificem conſtituit, atque Ariſtobulum vitam privatam agere voluit: & quomodo in periculis erat ex Phariſæorum potentia.*

11. *Quomodo Ariſtobulus, mortua matre poſtquam per novennium regnaſſet, imperium obtinuit, fratre à rerum gubernaculis repulſo: poſtea vero cum eo in concordiam rediit, ita ut ille imperaret, & Hyrcanus pontificatum teneret.*

12. *Quomodo Ariſtobulo dominante, inimici ejus præ metu illius, maximeque Antipater Idumæus, perſuaſerunt Hyrcano ut ad Aretam Arabum regem fugeret: & qualiter in patriam cum ingenti exercitu reducitur, fratrique prævaluiſſet, niſi Scaurus dux Romanorum, muneribus ab Ariſtobulo acceptis, Hieroſolymorum obſidionem ſolviſſet.*

13. *Quomodo Pompejus, dum precibus eum fatigarent Hyrcanus & Antipater, iratus Ariſtobulo, quod præ ſuperbia omnino noluerit juris ſui rationem reddere, oppugnavit cepitque Hieroſolyma, & pontificatum Hyrcano reſtituit.*

14. *Quomodo Pompejus, capto Ariſtobulo cum ejus prole, Romam ſe contulit; utque Alexander unus è filiis Ariſtobuli intercundum elapſus eſt. & qualiter Scaurus in Arabiam impreſſionem fecit, & ex ea receſſit: quæque Alexander profugus geſſit & perpeſſus eſt.*

15. *Quomodo Syriæ urbes, quas olim Judæis acquiſiverant Maccabæi, eis abſtulit, & illarum cæteræque Syriæ procuratorem fecit Scaurum: ubi etiam agitur de modo quo balſamum naſcitur & conficitur, & de iis quæ Pompejus in templo invenit, deque numero occiſorum ex utraque parte.*

16. *Quomodo Gabinius, miſſus in Syriam ut Scauro ſuccederet, cum Alexandrum viciſſet veniamque petenti dediſſet, Judæam omnem in conventus quinque diviſit.*

17. *Quomodo & Ariſtobulus, qui Româ profugerat & Gabinio bellum intulerat, tandem victus eſt, iterumque Romæ in vinculis vitam agit.*

18. *Qualiter Gabinius, contra Parthos profectus, à Ptolemæo impeditur: utque Judæos, iterum in ſeditionem concitatos, adortus compeſcuit.*

19. *Quomodo Craſſus, ſucceſſor Gabinii, à Parthis occiſus eſt: & quænam Caſſius, qui cum eo fugerat, in Syria geſſit.*

20. *De Antipatro ejuſque progenie.*

21. *Quomodo Cæſar Ariſtobulum vinculis ſolutum Hieroſolyma miſit, quæque ille eò profectus liberique ipſius à Pompejanis paſſus eſt.*

22. *Quomodo Antipater, cum Mithridati Peluſium obſidenti, ut Cæſarem demereretur, auxilium tuliſſet, ſeque in prælio ſtrenuum oſtendiſſet, civitate Romana ſimul & immunitate donatus eſt à Cæſare: utque ab Antigono Ariſtobuli filio accuſatus apud Cæſarem in cauſæ diſceptatione ſuperior evaſit; idque obtinuit ut Hyrcanus in pontificatu confirmaretur, & ipſe totius Judææ procurator fieret.*

ὡμότητα, καὶ ὡς ἀπηλλάγη βασιλεύσας ἔτη κζ.

ι'. Ὅπως ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρα καλῶς ἦρξε, καὶ τῶν υἱῶν τὸν μὲν πρεσβύτερον Ὑρκανὸν ἀρχιερέα δείκνυσι, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον ἰδιώτην κατέσχε· καὶ ὡς διὰ τὴν τῶν Φαρισαίων ἐξουσίαν κινδύνευσεν.

ια'. Ὅπως Ἀριστόβουλος, τῆς μητρὸς μετὰ θ'. ἔτος τελευτησάσης, τὸν Ὑρκανὸν ᾠκειωσάμενος, ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς· ἔπειτα δὲ διαλλαγέντες, ὁ μὲν τὴν βασιλείαν, Ὑρκανὸς δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνει.

ιβ'. Ὅπως κρατήσαντος Ἀριστόβουλου, δείσαντες οἱ Ἰδουμαῖοι, καὶ μάλιστα ὁ Ἰδουμαῖος Ἀντίπατρος, ἔπεισεν Ὑρκανὸν φυγεῖν πρὸς Ἀρέταν τῶν Ἀράβων βασιλέα· καὶ ὅπως κατήγαγεν αὐτὸν μετὰ πολλῆς στρατιᾶς πρὸς τὴν πατρίδα· καὶ ἐκράτησεν, εἰ μὴ Σκαῦρος ὁ Ρωμαίων στρατηγὸς, δῶρα λαβὼν παρὰ Ἀριστοβούλου, τὴν πολιορκίαν ἔλυσεν.

ιγ'. Ὅπως, Ὑρκανοῦ καὶ Ἀντιπάτρου δεηθέντων, Πομπήιος ὀργισθεὶς Ἀριστοβούλῳ, ἐπειπερ ὑπερηφάνει μέχρι παντὸς λόγου ὑπὲρ τῶν δικαίων, ἐπολιόρκησέ τε καὶ ἔλαβεν Ἱεροσόλυμα, καὶ τῷ Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀποκατέστησεν.

ιδ'. Ὅπως τὸν Ἀριστόβουλον μετὰ τῆς γενεᾶς λαβὼν εἰς Ρώμην ἦγε ὁ Πομπήιος, ἐξ ὧν Ἀλέξανδρος διαδιδράσκει ὁ Ἀριστοβούλου ἐκ τῆς ὁδοῦ. καὶ ὅπως Σκαῦρος εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐνέβαλε, καὶ αὖθις ἀπῆλθε· καὶ ὅσα ὁ ἀποδρὰς Ἀλέξανδρος ἔδρασέ τε καὶ ἔπαθεν.

ιε'. Ὅπως ἀφελόμενος [a] τὰ πρωκτηθέντα πάλαι ἐκ τῆς Συρίας τῶν Ἰουδαίων διὰ τῶν Μακκαβαίων, αὐτῶν τε καὶ τῆς ἄλλης Συρίας Σκαῦρον ἐπίτροπον κατέστησεν· ἔνθα καὶ περὶ τῆς ὑπὸ βαλσάμου φησὶν ἐργασίας, καὶ περὶ ὧν ὁ Πομπήιος εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ὅσοι ἀμφοτέρωθεν ἀπώλοντο.

ις'. Ὅπως Γαβίνιος, Σκαύρῳ πεμφθεὶς διάδοχος, κατηγωνισάμενος [b] Ἀλέξανδρον, καὶ συγγνώμην δὲς αἰτησαμένῳ, πᾶν τὸ Ἰουδαϊκὸν ἔθνος εἰς πέντε συνόδους διεῖλεν.

ιζ'. Ὅπως καὶ Ἀριστόβουλος διαδρὰς ἐκ Ρώμης, καὶ πολεμήσας Γαβίνιον, πάλιν ἡττᾶται, καὶ ἐν Ρώμῃ δεσμὸς πάλιν ἄγεται.

ιη'. Ὅπως ὁρμήσας κατὰ Πάρθων Γαβίνιος, ἐμποδίζεται ὑπὸ Πτολεμαίου· καὶ ὡς πάλιν τοὺς Ἰουδαίους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀναστατωθέντας ἐπελθὼν κατέστησατο.

ιθ'. Ὅπως Κράσσος, ἐλθὼν αὐτῷ διάδοχος, ὑπὸ Πάρθων κτείνεται· καὶ ὅσα Κάσσιος [c] μετ' αὐτὸν φυγὼν διεπράξατο.

κ'. Περὶ Ἀντιπάτρου καὶ τῆς αὐτοῦ γενεᾶς.

κα'. Ὅπως Καῖσαρ ἀνεὶς τῶν δεσμῶν Ἀριστόβουλον εἰς Ἱεροσόλυμα ἔπεμψε· κἀκεῖνος ἀπελθὼν ἐκεῖσε, οἷα αὐτός τε καὶ παῖδες ᾠκειώθησαν τῷ Πομπηίου πεπόνθασιν.

κβ'. Ὅπως Ἀντίπατρος διὰ θεραπείαν Καίσαρος συμμαχήσας Μιθριδάτῃ Πηλούσιον πολιορκοῦντι, καὶ γενναῖος κατὰ τὴν μάχην φανεὶς, πολιτείαν τε τῆς Ρωμαίων καὶ ἀτελείαν παρ' αὐτοῦ τετίμηται· καὶ ὡς κατηγορηθεὶς παρ' Ἀντιγόνου τοῦ Ἀριστοβούλου παιδὸς διὰ Καίσαρος, κρατεῖ τῆς δικαιολογίας, καὶ Ὑρκανῷ βεβαιοῖ τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ αὐτὸς ἐπίτροπος τῆς ὅλης Ἰουδαίας γίνεται.

a Sic in *Cod. Gall.* κατακτηθέντας πάλαι ἐκ τῆς Συρίας Ἰουδαίους *Vat.* Videſis *Antiquitatum* lib. XIV. p. 615. b Ἀλιξάνδρῳ *Gall.* c Μετὰ τὸν Φ. *Vat.* mallem, εἰς Συρίαν φυγὼν διεπράξατο.

κγ'. Ὅπως

κγ'. Οπως Αντίπατρος τὰ ὑπ' αὐτοῦ κατεσκαμμένα ὑπὸ Πομπηίου πρότερον ἐτειχίσατο, καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ θορύβους κατέστειλε· καὶ τῶν υἱῶν τὸν μὲν φασαηλον Ιεροσολύμων καὶ τῶν περιοίκων στρατηγὸν, τὸν δὲ Ηρώδην τῆς Γαλιλαίας κατέστησατο.

κδ'. [2] Οπως Υρκανὸς ὑπό τε βασκάνων ἐρεθιζόμενος, καὶ αὐτοῖς ἐν τοῖς κατορθώμασι βασκαίνων τὸν Ηρώδην εἰς κρίσιν ἐκάλεσε, καὶ αὖθις ἀπέλυσε· καὶ ὡς Ηρώδης ὑπὲρ τούτου μνησικάκων ἐπεστράτευε τῷ Υρκανῷ, καὶ αὖθις ἀνίησι παυσθεὶς ὑπό τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ φασαήλου.

κε'. Περὶ τοῦ γενομένου ἐμφυλίου πολέμου Ρωμαίοις πρὸς Απάμειαν.

κς'. Οπως Βροῦτος καὶ Κάσσιος ἐδολοφόνησαν Καίσαρα, καὶ οἷα Κάσσιος ἐν Ιουδαίᾳ ἔπραξε· καὶ ὡς, ὑποχόμενος μεγάλα Αντιπάτρῳ εἰ κρατήσειεν, αὐτὸς αὐτῷ διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἀπολέσθαι ὑπὸ Μαλίχου φαρμάκοις ἐγένετο.

κζ'. Οπως Ηρώδης ἐπεμωρήσατο Μάλιχον Καισίου σωτηρίαν· ὡς [b] Ελιξ ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Μαλίχου ἐπαναστὰς Φασαήλῳ, καὶ ἡττηθεὶς πρότερον παρ' ἐκείνου, ἔπειτα δὲ καὶ παρὰ Ηρώδου ἱκέτης ἀφίεται. καὶ ὡς Μαριὼν ὁ τύραννος ἀπηλλάγη Γαλιλαίας ὑπὸ Ηρώδου.

κη'. Οπως Ηρώδης μετὰ τὴν πρώτην γυναῖκα, καὶ δευτέραν τὴν Μαριάμνην, τὴν Υρκανοῦ μὲν θυγατέρα, Αριστοβούλου δὲ θυγατέρα, ἠγάγετο.

κθ'. Οπως μετὰ τὴν Καισίου ἀναίρεσιν Αντώνιος εἰς Ασίαν ἐλθὼν, κατηγορηθέντας τοὺς περὶ τὸν Ηρώδην ὑπ' οὐ μόνον οὐ παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ [c] τετράρχας κατέστησεν.

λ'. Οτι ἐπεχείρησε μὲν Βαρζαφάρνης καὶ Πακώρος τοῖς Πάρθων, βουλομένων καταγαγεῖν τὸν [d] Αντίγονον ἐπὶ τὴν βασιλείαν· καὶ ὅπως ὅ,τε Φασάηλος ἀπώλετο, καὶ Ηρώδης διαδρὰς ἐξέφυγεν, ὁ δὲ Υρκανὸς τὰ ὦτα λωβηθεὶς εἰς Παρθυηνὴν ἀπηνέχθη, καὶ Αντίγονος τὴν βασιλείαν κατεῖχεν.

λα'. Οπως Ηρώδης ἀπελθὼν πρὸς τὸν Αράβων βασιλέα, λαβεῖν χρήματα πρὸς τὸ λυτρώσασθαι τὸν ἀδελφὸν, δυστυχῶν δὲ τῆς ἐλπίδος, δι' Αλεξανδρείας εἰς Ρώμην παραγίνεται, καὶ Αντωνίῳ καὶ Καίσαρι τὰς συμφορὰς δυσθρηνήσας, καὶ διηγησάμενος πῶς Αντίγονος διὰ Πάρθων τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς γέγονε, βασιλεὺς αὐτὸς παρ' αὐτῶν τῆς συγκλήτου συμψηφισαμένης ἀποδείκνυται.

λβ'. Οπως Αντίγονος τοὺς ἐν Μασάδᾳ τῷ Ηρώδῃ [e] πεσόντας ἐπολιόρκει.

λγ'. Οπως Ηρώδης ὑπὸ Ρώμης ἐπανελθὼν τὸν πρὸς Αντίγονον διήνεγκε πόλεμον· καὶ ὅπως τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς τὴν κατὰ Πάρθων ἐκπέμψας μάχην, αὐτὸς τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις λῃστὰς ἐκπολεμήσας ἐχειρώσατο.

λδ'. Οπως Ηρώδου ὑπὸ Αντίγονον ὁρμήσαντος εἰς Σαμάρειαν ἐπανίστανται Γαλιλαῖοι, καὶ ὡς ὑποστρέψας πάλιν αὐτοὺς κατεστήσατο· καὶ ὡς μετὰ τῶν Πάρθων ἦλθαν λαβὼν συμμάχους παρ' Αντωνίου ὑπὲρ τοῦ Αντίγονον, ἐπειδὴ ὁ στρατηγὸς αὐτῶν Μαχαιρᾶς ὁ κατὰ σύμμαχον πρὸς αὐτὸν διετέθη, πάλιν πρὸς Αντώνιον ὑπέστρεψε, καὶ τὰ Σαμόσατα πολιορκοῦντι [f] συνεξεπόριζεν, ἡνίκα καὶ Ιώσηπος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὄντος συμ-

23. *Quomodo Antipater & mœnia à Pompejo antea eversa instauravit, & tumultus in provincia sedavit; atque è filiis suis Phasaëlum quidem natu maximum Hierosolymis & regioni vicinæ præfecit, Herodem vero Galilææ.*

24. *Quomodo Hyrcanus ab obtrectatoribus Herodis irritatus, atque ipse Herodi ob res præclare gestas invidens, eum in judicium vocavit, ac deinde absolvit: utque Herodes injuriæ memor exercitum ducebat contra Hyrcanum; ac mox eum dimittit, ex consilio patris & Phasaëli fratris.*

25. *De bello civili inter Romanos orto circa Apamiam.*

26. *Qualiter Brutus & Cassius dolo interficiunt Cæsarem, & quænam Cassius in Judæa gessit: utque magna Antipatro promittendo si victoriam obtineret, inde causa erat cur ille à Malicho fuerit veneno peremptus.*

27. *Qualiter Herodes adjutore Cassio ultus est Malichum: & quomodo Felix ut Malichi fratris necem vindicaret, insurrexit in Phasaëlum, & cum ab illo prius vinceretur postea etiam ab Herode supplex dimittitur. utque Marion tyrannus è Galilæa pulsus est ab Herode.*

28. *Quomodo Herodes post primam uxorem alteram duxit, Mariamnen scilicet, Hyrcani quidem neptem ex filia, Aristobuli vero filiam.*

29. *Quomodo post Cassii cædem Antonius, cum in Asiam venisset, Herodem fratremque à Judæis accusatos, non solum non imperio privavit, sed & tetrarchas ambos constituit.*

30. *Quænam gesta erant à Barzapharne & Pacoro Parthis, dum studerent Antigonum in regnum reducere: qualiterque & Phasaëlus interiit & Herodes insidiis petitus effugit, atque Hyrcanus auribus mutilatus in Parthiam abductus est, & Antigonus regnum obtinuit.*

31. *Quomodo Herodes, cum se contulisset ad Arabum regem, ut pecunias ab eo acciperet quibus fratrem redimeret, spe vero de sua excidisset, via Alexandriæ Romam proficiscitur, cumque apud Antonium & Cæsarem calamitates suas deplorasset, narrassetque quo pacto Antigonus Parthorum ope regnum nactus est, ipse rex ab illis ex consensu senatus declaratur.*

32. *Qualiter Antigonus Herodis necessarios Masadæ inclusos obsidet.*

33. *Quomodo Herodes Roma reversus bellum agitavit contra Antigonum; utque suis ad bellum contra Parthos persequendum missis, ipse latrones in speluncis debellatos in potestatem suam redegit.*

34. *Quomodo, Herode contra Antigonum profecto, Galilæi in Samaria seditionem movent, utque reversus motus eorum composuit: qualiterque post Parthos devictos, cum suppetias ab Antonio impetrasset contra Antigonum, duce illorum Machæra se pro socio idoneo minime gerente, reversus est ad Antonium, eique Samosata obsidenti subministrabat, quando & Josephus frater, ejus in absentia,*

[a] Summarium hoc acceptum debemus *Codici Gall.* [b] Ελιξ male pro Ελιξ in *MSS.* ut & mox ὑπὸ forsan pro ὑπὲρ [c] Ita *Gall.* τετράρχας *Vat.* [d] Αντόνιον perperam in *MS. Gall.* unde desumpsimus n. xxx. & n. xxxi. qui deerant in *MS. Vat.* [e] Ita *Gall.* καθήκοντας *Vat.* [f] Συνεξεπόριζον in *MS.*

cum Antigono commiſſus occiditur ipſe, & omnem exercitum amiſit; quique ſubditi erant iterum rebellarunt.

35. *Quomodo Herodes ab Antonio reverſus, congreſſuſque cum Antigonianis, præter alia oppidula capit Hierichuntem: atque etiam caput amputat Pappo copiarum Antigoni duci, qui Joſephum fratrem ſuum occiderat.*

36. *Qualiter Hieroſolyma oppugnavit, cum tres annos in regno exegiſſet, & quænam Hieroſolymitis poſt urbem captam acciderunt; utque vitam finivit Antigonus.*

37. *Quænam propter Cleopatræ amorem geſſit Antonius.*

38. *Quomodo, bello Actiaco conflato, miſſus eſt Herodes ab Antonio contra Arabas, qui prælio conſerto eos ſuperat profligatque: dein & ſuos ex terræ motibus, qui variis in locis acciderant, perterritos, oratione adhortatur ut animos ſumerent.*

39. *Quomodo Herodes poſt victoriam apud Actium Cæſarem adiit. & quænam ad eum loquutus eſt, viciſſimque ab eo accepit; & quibus muneribus eum honoravit Cæſar.*

40. *De inſtauratione templi, & ædificiis ab Herode conditis; & qualis erat tam animi quam corporis dotibus.*

41. *De malis & infortunis in familiam ejus graſſantibus propter uxorem ejus Mariamnen; quæ omnia ei acciderunt, quoniam Hyrcanum olim captivum factum, Mariamnes avum, interfecerat, fratremque Joſephum: & quomodo Mariamnen occidit.*

42. *Quomodo Herodes, ex Antipatri filii ſui calumniis odio incenſus in Mariamnes filios, Alexandrum ſecum Romam perducit, pœnas ab ipſo exacturus apud Cæſarem; ipſo autem cum abſolutus eſſet aſſumpto, ubi Hieroſolyma pervenit, rerum omnium rationem reddit populo.*

43. *De moribus Antipatri & filiorum Mariamnes.*

44. *De Pherora Herodis fratre, & quo pacto Herodi cum ipſo interceſſerunt inimicitiæ.*

45. *De eunuchis Herodis; & quomodo illi in cauſa erant cur Alexander in periculum fuerit adductus.*

46. *Quomodo Archelaus ſocer Alexandri, cum è Cappadocia veniſſet, juvenes patri reconciliavit.*

47. *De maligno Euryclis Laconis ingenio; qualiterque Herodem iterum exacerbavit in filios.*

48. *Quomodo pater, Salomes calumniis irritatus, Alexandrum & Ariſtobulum in vincula conjicit, & de illis querelas ad Cæſarem mittit; acceptaque ab eo poteſtate filios interficit.*

49. *Qualiter omnium odio flagravit Antipater: & quomodo rex occiſorum liberos conſanguineis ſuis deſpondit.*

50. *Qualiter uxor Pheroræ materque Antipatri, inter ſe diſcordantes, Antipatro ſuiſque exitio erant: & quomodo Antipater, ut ſemet è patris conſpectu ſubduceret, Romam ad Cæſarem cum ſplendido apparatu ſe confert. deque Syllæo Arabe, & Pheroræ obitu.*

51. *Quomodo Pheroræ mors Antipatro cauſa erat interitus.*

Γαλῶν Αντιγόνῳ αὐτὸς σφάττεται, καὶ τὸ στρατιωτικὸν πᾶν διαφθείρεται, & τὰ ὑπήκοα αὖθις ἐπανίστηται.

λε'. Οπως ὑπανελθὼν Ηρώδης ἀπὸ Αντωνίου, καὶ συμβαλὼν τοῖς τοῦ Αντιγόνου, ἄλλας τε πολίχνας αἱρεῖ καὶ τὴν Ιεριχοῦντα· καρατομεῖ δὲ καὶ Πάππον τὸν στρατηγὸν Αντιγόνου, τὸν Φονέα τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ Ιωσήπου.

λς'. Οπως ἐπολιόρκησε τὰ Ιεροσόλυμα, ἤδη τρίτου ἔτους αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀνυομένου, & οἷα μὲν μετὰ τὴν ἅλωσιν Ιεροσολυμίτας ἀπήντησεν· οἷς δὲ τέλει καὶ Αντίγονον ἐχρήσατο.

λζ. Οἷα διὰ τὸν Κλεοπάτρας ἔρωτα Αντώνιος ἔπραττεν.

λή. Οπως τοῦ Ακτιακοῦ συρήσαντος πολέμου, ἐπέμφθη Ηρώδης πρὸς Αντωνίου Αραβας πολεμήσων, καὶ πολεμήσας ἡττᾶται κατὰ κράτος· ἔνθα καὶ δεδοικότας τοὺς ἰδίους διὰ τοὺς συμβάντας [a] ἀλλεπαλλήλους σεισμοὺς δημηγορίᾳ πρὸς θάρσος ὠφελχροτεῖ.

λθ'. Οπως μετὰ τὴν περὶ Ακτιον νίκην παρεγένετο Καίσαρι· καὶ οἷα πρὸς αὐτὸν εἶπε, καὶ παρ' αὐτοῦ ἤκουσε, καὶ ὅπως αὐτὸν δωρεαῖς Καῖσαρ ἐτίμησεν.

μ'. Περὶ ἀποικοδομῆς τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν γενομένων κτισμάτων παρ' Ηρώδου· καὶ οἵου ἦν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν.

μα'. Περὶ τῶν κατ' οἶκον δυσχερῶν γενομένων αὐτῷ διὰ Μαριάμνην τὴν γυναῖκα, αἳ συνέβησαν ὅτι τὸ πάλαι αἰχμαλωτισθέντα Υρκανὸν Ηρώδης ἀπέκτεινε, πάππον αὐτῆς ὄντα, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ιώσηπον· καὶ ὅπως καὶ αὐτὴν ἀπέκτεινεν.

μβ'. Οπως ὑπὸ Αντιπάτρου τοῦ υἱοῦ κατὰ τῶν παίδων Μαριάμνης διαβολῶν πληθεὶς ἔλκει μετ' αὐτοῦ μὲν Αλέξανδρον εἰς Ρώμην, δίκας ἀπαιτήσων αὐτὸν εἰς Καίσαρα, ἀπολυθεὶς δὲ ἀναλαβών, καὶ εἰς Ιεροσόλυμα γενόμενος, ἀπολογεῖται ὑπὲρ πάντων πρὸς τὸ πλῆθος.

μγ'. Περὶ τῶν ἠθῶν Αντιπάτρου καὶ τῶν Μαριάμνης παίδων.

μδ'. Περὶ Φερώρα τοῦ ἀδελφοῦ Ηρώδου, καὶ ὅπως αὐτῷ διάφορος γέγονεν.

με'. Περὶ τῶν εὐνούχων Ηρώδου· καὶ ὡς δι' αὐτῶν οἱ περὶ Αλέξανδρον ἐκινδύνευον.

μς'. Ως Αρχέλαος ὁ πενθερὸς Αλεξάνδρου, ἐλθὼν ἐκ Καππαδοκίας, διήλλαξε τοὺς μειρακίους πρὸς τὸν πατέρα.

μζ'. Περὶ τῆς κακοηθείας τοῦ Λάκωνος Εὐρυκλέους· καὶ ὡς πάλιν ἐξηγείρωσι τὸν Ηρώδην πρὸς τοὺς υἱούς.

μη'. Οπως Αλέξανδρον καὶ Αριστόβουλον δεσμήσας ὁ πατὴρ τῆς Δαβελαῖς Σαλώμης, Καίσαρι περὶ τούτων μηνύει, καὶ δεξάμενος τὴν ἐξουσίαν παρ' αὐτοῦ κτείνει τοὺς υἱούς.

μθ'. Οπως Αντίπατρος ἐμισήθη πᾶσι πάντων· καὶ ὡς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνηρημένων κατηγγύησε τοῖς ἑαυτοῦ συγγενέσιν ὁ βασιλεύς.

ν'. Ως ἡ Φερώρα γυνὴ καὶ ἡ μήτηρ Αντιπάτρου, διάφοροι γενόμεναι Σαλώμης, αἵτιοι κατέστησαν ἀπωλείας Αντιπάτρῳ τε καὶ ἑαυτῶν· & ὅπως Αντίπατρος, ὑπεκκλίνων αὐτὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, εἰς Ρώμην πρὸς Καίσαρα λαμπρῶς παρεγένετο. καὶ περὶ Συλλαίου τοῦ Αραβος, καὶ τοῦ Φερώρα πλούτου.

να'. Οπως ἡ πλούτου Φερώρα τῆς Αντιπάτρου ἀπωλείας αἰτία γέγονεν.

[a] Ita in *MS.* Forſan ἀλλεπαλλήλους, aut ἄλλοτε ἄλλους.

νβ'. Οπως

νϐ'. Οπως ἡ γυνὴ Φερώρα, ἑαυτὴν ἀπὸ τῦ τείχους ῥίψασα, θεῖ προνοίᾳ διεσώθη μετὰ τῦ Αντίπατρου.

νγ'. Περὶ τῆς ἀπὸ Ρώμης ἐπανόδυ τῦ Αντιπάτρυ· καὶ ὅτι μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς, οὐδὲν δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ παρελήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγέντων, ἃ μὲν ὑ δυστυχήσεις τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες εἰκῇ καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα, σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν, ἃ δὲ γινόμενοι

52. *Qualiter uxor Pherorae, ſemet è tecto præcipitans, providentia Dei, pœnas ab Antipatro repetentis, ſervata eſt.*

53. *De Antipatri à Roma reverſione: quodque nemo ei, utpote ab omnibus odio habito, quæ acciderant in Judæa nunciarit.*

54. *Quomodo rex, concilio convocato, Nicolaum Antipatri accuſatorem Varo præſente exhibuit: utque ſemet defendit Antipater.*

55. *Qualiter & Salome inſidias intendens Antipatri deprehenſus eſt literis Acmes Juliæ ancillæ forte interceptis.*

56. *De Sophiſtis Juda & Matthia, & aquila aurea.*

57. *De regis morbo; utque moriturus multos è Judæis nobilioribus ex omni Judæa congregatos, interfici præcepit, poſtquam animam efflaſſet.*

58. *Qualiter Antipatrum filium occidit; & quinto poſt die ipſe moritur.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ,

Η

ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΠΕΡΙ ΑΛΩΣΕΩΣ,

ΛΟΓΟΣ Α'.

FLAVII JOSEPHI

DE BELLO JUDAICO,

SIVE

JUDAICÆ HISTORIÆ DE *EXCIDIO,

LIBER I.

---

[b]ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΕΠΕΙΔΗ [c] ⟨Ⓦ⟩ Ιουδαίων πρὸς Ρωμαίους πόλεμοι συρράγη μέγιστοι, οὐ μόνοι τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὅσοι ποτὲ ἐν ἀκοῇ παρελήφαμεν, ἢ πόλεων πρὸς πόλεις ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συῤῥαγέντων, ἃ μὲν ὑ δυστυχήσεις τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες εἰκῇ καὶ ἀσύμφωνα διηγήματα, σοφιστικῶς ἀναγράφουσιν, ἃ δὲ γινόμενοι

PROOEMIUM.

QUONIAM bellum quod cum Romanis geſſere Judæi, idque maximum omnium, non modo quæ noſtra ætas vidit, ſed & *omnium* fere quæ auditione accepimus, cum aut civitates cum civitatibus aut gentes cum gentibus conflixerint, quidam, qui rebus non intererant, verum narrationes futiles interque ſe diſſidentes ex rumoribus colligunt, ſophiſtarum more ſcribendum

Bellum Judæorum omnium maximum.

Hiſtoria ejus mala fide à nonnullis conſcripta.

a Ita & ipſe Joſephus, p. 902, 906, & 944. Meminit βίβλυ ἑβδόμης τῶν Ιουδαικῶν πολέμων, p. 563. alibique βίβλυ δευτέρας τῶν Ιουδαικῶν πραγματείας. *Euſebius* etiam *Hiſt.* II. 6. laudat τῶν β'. τῶν Ιουδαϊκῶν πολέμων. idemque *Hiſt.* I. 5. memorat τὴν β'. τῶν ἱστοριῶν τῶν Ιουδαϊκῶν πολέμων. *Photius* in cod. 48. non hujuſce operis titulum ſed argumentum exprimit: & *Porphyrius* in l. 4. §. 11. *de Abſt.* hoſce libros Ιουδαϊκὰς ἱστορίας, eoſdemque *Euſebius* τῶν ἱστοριῶν ſæpe vocat. Accedit quod in libris omnibus *Verſionis Ruſſinianæ* (& *Editis* & *MSS*) inſcribatur *de Bello Judaico*. Verum in *Græcis Flavii*, tam *manu exaratis* quam *excuſis*, Ιουδαϊκὸς ἱστορίαν περὶ ἀλώσεως. aut περὶ ἀλώσεως Ιουδαίων, τῆς τῶν μεγάλης πόλεως λόγος α'. Αφήλικτο τῆ φράσει Ελληνικῇ. prout in *Cod. Bodlejano*, quod hæc eadem *Joſephus* lingua etiam patria ſcripſerit. Quibus perpenſis, nos, dedita opera, utrumque titulum expreſſimus. b Ita *Bod.* iſta vox deeſt *cæteris*. c Τῶν *Bod.* * *Al.* CAPTIVITATE. a Quas

ſcribendum ſuſcipiunt, alii vero qui præſentes aderant, aut ſtudio aſſentandi Romanis aut odio Judæorum, rerum veritatem ementiuntur, ſcriptiſque illorum partim accuſationes partim laudationes reperiuntur, nuſquam vero exacta hiſtoriæ fides: idcirco ego propoſui, quæ mediterraneis Barbaris jam ante miſeram patria lingua conſcripta, *nunc* Græce verſa in gratiam illorum qui ſub Romano degunt imperio, eadem narrare; ego *inquam* Joſephus Matthiæ filius, Hebræus genere, ex Hieroſolymis, ſacerdos, qui & ipſe cum Romanis initio præliis dimicavi, & rebus deinceps geſtis neceſſitate adactus interfui.

Joſephus quæ patria lingua ſcripſerat Latine vertit.

Qualis erat Judæorum Romanorumque ſtatus, cum cœpiſſet bellum.

2. Cum enim obortum eſſet, quemadmodum dixi, bellum hoc graviſſimum, Romani quidem ex domeſticis laborabant; Judæique, quotquot res novas tunc moliebantur, cum tempora eſſent turbulenta, ſeditionem moverunt, viribus pariter ac opibus florentes, adeo ut, propter tumultuum magnitudinem, hi quidem partium orientis poſſidendarum ſpe tenerentur, illos vero earundem amittendarum metus invaderet: quoniam Judæi quidem univerſos, qui trans Euphratem eſſent, gentiles noſtros ſecum arma capturos eſſe crediderant, Romani vero à Gallis finitimis ſubinde agitarentur, nec Celtæ quieſcerent; ſed plena eſſent omnia perturbationum mortuo Nerone, & multi quidem opportunitate arrepta imperium affectarent, militeſque lucri cupidine rebus novis ſtuderent. Itaque indignum eſſe duxi, ut tantarum rerum veritas ſineretur in inconſtantia verſari; & Parthi quidem & Babylonii, Arabumque remotiſſimi, & populares noſtri ultra Euphratem, itemque Adiabeni, mea diligentia ſatis accurate cognoſcerent, quibus ab initiis profectum, quantiſque cum cladibus geſtum fuerit bellum, & quo tandem modo deſierit: Græci vero, & Romanorum quotquot militiam ſequuti non eſſent, iſta neſcirent, legentes quæ ab aliis aut adulandi gratia aut mentiendi libidine conficta ſunt.

Cauſæ cur Joſephus hiſtoriæ de Bello verſionem adornarit.

Aliorum hiſtoricorum vitia reprehendit Joſephus.

3. Atqui hujuſmodi ſcripta hiſtorias non verentur inſcribere, in quibus, præterquam quod nihil ſani afferant, etiam de propoſito ſuo mihi videntur excidere. Nam illis quidem in animo eſt Romanos amplificare, reſque Judæorum extenuant & deprimunt: verum haud ſecum reputant, quî fieri poteſt, ut pro magnis habeantur, qui puſillos ſuperaverint. Accedit quòd neque belli diuturnitatem reſpiciant; neque multitudinem militum Romanorum qui eo delaſſati erant; neque imperatorum magnitudinem, quorum profecto gloria minuitur, ſi, cum multum ſudoris apud Hieroſolyma pertuliſſent, rebus ab eis præclare geſtis aliquid derogetur.

Joſephi in ſcribendo propoſitum.

4. Neque tamen ego is ſum, qui cum iis qui res Romanorum extollunt viciſſim contendens, quæ à popularibus meis geſta erant in majus au-

δὲ, ἡ κολακείᾳ τῇ πρὸς Ρωμαίους, ἡ μίσει τῷ πρὸς Ιουδαίους, καταψεύδονται τῶν πραγμάτων, ἐλέγχει δὲ αὐτοὺς ὅπου μὲν κατηγορίαι, ὅπου δὲ ἐγκώμιον τὰ συγγράμματα, τὸ δὲ ἀκριβὲς τῆς ἱστορίας οὐδαμοῦ· προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ρωμαίων ἡγεμονίαν, Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν, ἃ [a] τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι, Ἰώσηπος Ματθίου παῖς, γένει Ἑβραῖος, ἐξ Ἱεροσολύμων, ἱερεύς, αὐτός τε [b] Ρωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον πραγθεῖσιν ἐξ ἀνάγκης.

Β'. Γενομένου γὰρ, ὡς ἔφην, μεγίστου τοῦδε τοῦ κινήματος, οἱ Ρωμαίοις μὲν οἰκεῖα τὰ οἰκεῖα, Ιουδαίων τε τὸ νεωτερίζον τότε ταραττομένοις ἐπανέστη τοῖς καιροῖς, ἀκμάζον κατά τε χεῖρα καὶ χρήμασιν, ὡς δ' ὑπόπτοις θορύβων, τοῖς μὲν [c] οὐκ ἐλπίδι κτήσεως, τοῖς δ' [d] οὐκ ἀφαιρέσεως δέος γίνεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἀνατολήν· ἐπειδὴ Ιουδαῖοι μὲν ἅπαν τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ὁμόφυλον ἡμῖν συνεπαρθήσεσθαι σφίσιν ἤλπισαν, Ρωμαίους δὲ οἵ τε γείτονες Γαλάται παρεκίνουν, καὶ τὸ Κελτικὸν οὐκ ἠρέμει, μετὰ δὲ λύ πάντα θορύβων μετὰ Νέρωνα, καὶ πολλὰς μὲν βασιλείαν ὁ καιρὸς ἀνέπειθε, τὰ στρατιωτικὰ δὲ ἦρε μεταβολῆς ἐλπίδι λημμάτων. ἅτοπον [e] οὖν ἡγησάμην περιιδεῖν πλαζομένην ὑπὸ τηλικούτοις πράγμασι τὴν ἀλήθειαν, καὶ Πάρθους μὲν, καὶ Βαβυλωνίους, Ἀραβάν τε τοὺς πορρωτάτω, καὶ τὸ [f] πρὸ Εὐφράτου ὁμόφυλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι ἀφ' ἧς ἡμῖν ὑπομελείας ἀκριβῶς, ὅθεν τε ἤρξατο, καὶ [g] ὅσων ἐχώρησε παθῶν ὁ πόλεμος, καὶ ὅπως κατέστρεψεν, ἀγνοεῖν δὲ Ελλήνας ταῦτα καὶ Ρωμαίων τοὺς μὴ [h] ὑπερπραθυμένους, ἀτυγχάνοντας ἢ κολακείας, ἢ πλάσματος.

γ'. Καίτοιγε ἱστορίας αὐτὰς ὑπογράφειν τολμῶσιν οἱ ἂν, πρὸς τῷ μηδὲν ὑγιὲς δηλοῦν, καὶ τοῦ σκοποῦ δοκοῦσιν ἡμῖν ἁμαρτάνειν. βούλονται γὰρ μεγάλους μὲν τοὺς Ρωμαίους ἀποδεικνύειν, καταβάλλουσι δὲ ἀεὶ τὰ Ιουδαίων, καὶ ταπεινοῦσιν· οὐχ ὁρῶσι δὲ πῶς ἂν εἶναι μεγάλοι δοκοῖεν, εἰ μικροὺς νενικηκότες. καὶ ὅτε τὸ μῆκος ἀμβλύνεται τοῦ πολέμου, ὅτε τὸ πλῆθος τῆς καμούσης Ρωμαίων στρατιᾶς, ὅτε τὸ μέγεθος τῶν στρατηγῶν, οἳ πολλὰ [h] πρὸς τοῖς Ιεροσολύμοις ἱδρώσαντες, [i] ὄμως, ταπεινουμένου δ' κατορθώματος αὐτοῖς, ἀδοξοῦσιν.

δ'. Οὐ μὴν ἐγὼ τοῖς ἐπαίνοις τὰ Ρωμαίων ἀντιφιλονεικῶν, αὔξειν τὰ τῶν ὁμοφύλων διέγνων· ἀλλὰ

a Quas gentes intelligat Joſephus ipſe paulo inferius exponit: nempe Parthos, Babylonios, Arabum remotiſſimos, Judæos tranſeuphratenſes &c. h. e. ut verbo abſolvam, ſuperioris continentis incolas. Quippe Perſarum ſive Parthorum rex ὁ ἄνω βασιλεὺς *Philoſtrato aliiſque* dicitur. *Androſthenes* apud *Athenæum* l. 3. πολῖται δὲ Πέρσαι τε (inquit) οἱ τὰς ἄνω τόπους. & *Joſ.* l. 1. contra *Ap.* κεῖται τῶν ἄνω τόπων εἰς τὰς θαλαττίους ἀποκατοικίαι. *Polybius* apud *Joſephum* in *Antiq.* XII. 3. Σκοπὸς ὁρμήσας εἰς τὰς ἄνω τόπους, ubi recte Interpres *ad mediterranea verſo impetu.* Eodem ſenſu accipitur ἡ ἄνω χώρα *Antiq* XII. 13. αἱ ἐπάνω χῶραι I *Macc.* VI. 1. τὰ ἀνατολικὰ μέρη *Act.* XIX. 1. & ſexcenta alia adeo ubique obvia, ut mireris id neſcire tam multos. Pariter Aſſyrii & Babylonii ſunt τὴν ἄνω Συρίαν ſive mediterraneam incolentes; τὴν Ἀραβίαν οἱ πορρώτατοι, qui longiſſime abſunt à mari. Idem puto voluiſſe *Ruſinum* qui *retro barbaris* dixit; quam Latine non inquiro. *Aldrichius.* b Ρωμαίοις *Big. Bod.* & *Vat.* c Deeſt οὐ *Bod.* d Ἀναφαιρέσεως δέος *Bod.* e Deeſt ἂν *Bod.* f Δι' ἄνω *Big.* & *Voſſ.* g Κατεστρατευμένους *Bod.* h Ita *MSS.* ὑπὲρ perperam in *Baſ.* & *Gen.* i Ellipſis eſt particulæ ὡς.

a Δι'

ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα [a]μετ' ἀκριβείας ἑκατέρων διέξειμι, τοὺς δ' ὑπὲρ τοῖς πράγμασι λόγους ἀναπλήσει τῇ διηγήσει, καὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι δίδως ἐπιλοφύρεσθαι τὰς τῆς πατρίδος συμφοράς. ὅπερ γὰρ αὐτῷ χάσις οἰκεία καθεῖλε, καὶ τὰς Ρωμαίων χεῖρας ἀκόντας, καὶ τὸ πῦρ ὑπὲρ τὸν ἅγιον ναὸν ἐλκύσαντα Ἰουδαίων τύραννοι, μάρτυς αὐτὸς ὁ πορθήσας Τίτος Καῖσαρ· οἷς πανὶ τῷ πολέμῳ, ὃν μὲν δῆμον ἐλέησας ὑπὸ χασιαστῶν φρουρούμενον, πολλάκις δὲ ἐκὼν τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ὑπωπτέμενος, καὶ διδοὺς τῇ πολιορκίᾳ χρόνον, εἰς μετάνοιαν τοὺς αἰτίους. εἰ δέ τις ὅσα πρὸς τοὺς τυράννους ἢ τὸ λῃστρικὸν αὐτῶν κατηγορικῶς λέγομεν, ἢ τοῖς ἀτυχήμασι τῆς πατρίδος ὀδυρόμενοι, συκοφαντοίη, διδότω καὶ τὸν τῆς ἱστορίας νόμον συγχωρεῖν τῷ πάθει. πόλιν γὰρ δὴ τῶν ὑπὸ [b]Ρωμαίοις πασῶν τὴν ἡμετέραν ὁρᾷ πλεῖστόν τε εὐδαιμονίας σωρὸν προελθοῦσαν, καὶ πρὸς ἕκαστον συμφορῶν αὖθις καταπεσεῖν. τὰ γοῦν [c]πάντων ἀπ' αἰῶνος ἀτυχήματα, πρὸς τὰ Ἰουδαίων, ἠπιάσθαί μοι δοκεῖ κατὰ σύγκρισιν· καὶ τούτων αἴτιος, ὑδεὶς ἀλλόφυλος. ὥστε ἀμήχανον ἦν, ὀδυρμοῦ ὑπερατεῖν. εἰ δέ τις οἴκτου σκληρότερος εἴη δικαστής, τὰ μὲν πράγματα τῇ ἱστορίᾳ προσκειέσθω, τοὺς δ' ὀλοφύρσεις τῷ χρήσοντι.

ε'. Καίτοιγε ὑπεμιμησάμην ἂν αὐτὸς δικαίως τοῖς Ἑλλήνων λογίοις, οἳ τηλικούτων κατ' αὐτοὺς πραγμάτων γεγενημένων, ἃ πρὸς σύγκρισιν ἐλαχίστους ἀποδέουσι τοὺς πάλαι πολέμους, τούτων μὲν ἀδημ᾽ κεῖται τοῖς φιλοπονωτέροις ἐπιρεάζοντες, ὧν εἰ καὶ τῷ λόγῳ πλεονεκτοῦσι, λείπονται τῇ προαιρέσει. αὐτοὶ δὲ τὰ Ἀσσυρίων ἢ τὰ Μήδων συγγεγράφασιν, ὥσπερ ἦσσον κακῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων συγγραφέων ἀπηγγελμένα· καί τοι [d]τοσούτῳ τῶν ἐκείνων ἡττῶνται δυνάμεως ὁπόσῳ καὶ τῶν γνώμης. τὰ γὰρ καθ' αὑτοὺς ἑκάστοις γράφειν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ πρὸς τοῖς πράγμασιν ἐποίει τὴν [e]ἀπαγγελίαν σαφῆ, καὶ τὸ ψεύδεσθαι παρ' εἰδόσιν ἀφεῖλεν ἂν. τόγε μὴν μνήμης τὰ [f]μὴ προϊστορηθέντα διδόναι, καὶ τὰ κατ' ἴδιον χρόνον τοῖς [g]μεθ' ἑαυτὸν σωιζόμενα, ἐπάινου καὶ μαρτυρίας ἄξιον. φιλόπονος δὲ, οὐχ ὁ μεταποιῶν οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁ μὴ ὑπὲρ καιρὰ λέγειν καὶ σῶμα τῆς ἱστορίας κατασκευάζων ἴδιον. καὶγὼ μὲν ἀναλώμασι καὶ πόνοις μεγίστοις, ἀλλόφυλος ὤν, Ἕλλησί τε καὶ [h]Βαρβάροις τὴν μνήμην τῶν κατορθωμάτων ἀναπέμπω. τοῖς δὲ γνησίοις, πρὸς μὲν τὰ λήμματα καὶ τὰς δίκας, κέχηνεν εὐθέως ὁ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα λέλυται· πρὸς δὲ τὴν ἱστορίαν ἔνθα χρὴ τἀληθῆ λέγειν, καὶ μὴ πολλοῦ [i]πόνου τὰ πράγματα συλλέγειν, πεφίμωνται, πρέπτες τοῖς ἀθενεστέροις καὶ μὴ γινώσκουσι τὰς πράξεις τῶν ἡγεμόνων γράφειν. πιμάσθω δὲ παρ' ἡμῶν τὸ τῆς ἱστορίας ἀληθές, ἐπεὶ παρ' Ἕλλησιν ἀμελεῖται.

gere decreverim: ſed facta quidem utriuſque populi accurate perſequor, in iis vero enarrandis animi affectioni aliquid tribuo, dum dolori meo in deflendis patriæ calamitatibus nonnihil indulgeo. Nam quod eam domeſticæ diſſenſiones everterint, & in templum ſacroſanctum invitas Romanorum manus atq; ignem traxerint Judæorum tyranni, teſtis eſt ille à quo facta eſt vaſtatio, Titus Cæſar: qui per omne bellum populum quidem miſeratus eſt, quod à ſeditioſis cuſtodiretur; ſæpe autem conſulto differri paſſus eſt urbis excidium, moraſque obſidioni interpoſuit, ut *belli* auctores reſipiſcerent. Quod ſi quis nos calumnietur ob ea quæ in tyrannos eorumque latrocinium accuſatorie dicimus, vel patriæ miſeriis ingemiſcentes, *juſto* dolori, etiamſi hiſtoriæ legem tranſgrediatur, veniam concedat. Nam ex omnibus civitatibus, quæ Romanorum jugum ſubierunt, noſtræ ſane contigit ad ſummum felicitatis perveniſſe, ac deinde in extremam calamitatem incidiſſe. Namque omnium ab omnis ævi memoria res adverſæ, ſi cum iis conferantur quæ Judæis acciderunt, longe ab illis ſuperari mihi videntur: atque nemo ex alienigenis eorum auctor exſtitit. quo magis difficile erat ut à queſtibus & lamentis temperarem. Si quis autem durior, quam ut miſericordia flectatur, judex adſit, res quidem hiſtoriæ velim aſſignet, lamentationes vero ſcriptori tribuat.

Quenam res Judæis exitio fuerint.

Judæïcarum calamitatum magnitudo.

5. Veruntamen & ego Græcorum diſertos jure meritoque increpaverim, qui tantis ſua ætate actis, quæ, ſi contentio & comparatio fiat, bella olim geſta exigua admodum reddunt, in illa quidem judices ſedent aliorum ſtudiis detrahentes, à quibus, licet eos facundia ſuperent, propoſito tamen vincuntur. Iſti vero Aſſyriorum Medorumve res ſcribendas ſuſcipiunt, quaſi minus recte ab antiquis ſcriptoribus relatæ fuerint: quanquam tantum illis cedunt ſcribendi facultate, quantum conſilio & voluntate. Erat enim *olim* unicuique ſtudium, quæ ſua memoria facta erant literis conſignare, cum & rebus interfuiſſe fecerit ut dilucida eſſet narratio, & mentiri apud ſcientes dedecori verteretur. Enimvero quæ non ante memorata erant memoriæ tradere, ſuique temporis res commendare poſteris laudis teſtimonio dignum eſt. Atqui huic negotio cum ſtudio & cura non incumbit, qui alterius ordinem & diſpoſitionem immutat: ſed qui nova dicendo integram de ſuo componit hiſtoriam. At ego quidem, quippe alienigena, nulli ſumptui aut labori peperci, ut Græcis ſimul & Barbaris bellicorum facinorum memoriam commendarem. Iſtis autem qui indigenæ ſunt, ad quæſtum quidem & lites, aperta protinus ſunt ora & ſolutæ linguæ; ad hiſtoriam vero, in qua verum dicendum eſt, multoque cum labore res colligendæ, os illis occluſum eſt, conceſſa imbecillioribus rerumque ignaris licentia ſcribendi res à principibus geſtas. Colatur itaque à nobis hiſtoriæ veritas, quandoquidem à Græcis negligitur.

Græci hiſtoricè res Judæorum ſuæ ætatis ſilentio præterierunt.

Joſephi in ſcribendo cura & diligentia.

6. Ju-

a Δι' ἀκριβείας Bod. b Ρωμαίων Bod. c Πάντα Bod. d Τοσοῦτον Big. Bod. & Voſſ. mox ὅσον ſolus Bod. e Ἀπαγγελίαν Gall. f Addidi hoc loco μὴ fretus auctoritate Vet. Interpr. & Cod Bodl. qui inter lineas eadem, ut videtur, manu, illud μὴ habet. g Ita è Cod. Bodl. edidit cl. Aldrichius. antea erat μετ' αὐτῶν. Verum μεθ' ἑαυτῶν habet Cod. Gall. h Ρωμαίοις Bod. Lipſ. Vat. & Vet. Interpr. Græcis ut & ſacris literis *Barbari* omnes linguæ Græcæ ignari. i Χρόνου Big. & Voſſ.

Quasnam res scripserit Josephus, & unde scribendi initium sumpserit.

6. Judæorum quidem res ab origine repetere, & qui fuerint, & quo pacto ab Ægyptiis discesserint, quasque regiones errando peragraverint, & quot loca occupaverint, & quemadmodum inde migraverint *dicere*, haud tempus idoneum esse, & præterea supervacaneum existimavi: quoniam & multi ante me Judæi res majorum suorum satis accurate conscripserunt, & nonnulli è Græcis, easdem res patria lingua prosequentes, non multum à veritate aberrarunt. Ubi autem & isti scriptores & prophetæ nostri desierunt, inde historiæ initium sumam. Et ista quidem quæ ad bellum attinent meo tempore gestum uberius fusiusque & qua potero diligentia referam; quæ vero ætate mea sunt antiquiora summatim breviterque percurram.

Summa eorum, quæ in libris de Bello complexus est.

7. Quomodo Antiochus, qui Epiphanes vocitatus est, cum Hierosolyma expugnasset & per triennium & sex menses ea tenuisset, ab Asamonæi filiis è regione ejicitur. Deinde ut eorum posteri, orta inter eos de regno dissensione, Romanos & Pompejum ad res *disceptandas* attraxerunt: utque Herodes Antipatri filius, Sosio in auxilium adducto, eorum principatui finem imposuit. Tum, quemadmodum populus, mortuo Herode, seditionem concitarunt, Augusto quidem Romanis imperante, Quintilio autem Varo *Judæorum* regioni præsidente: & quomodo bellum anno duodecimo imperii Neronis erupit, quæque sub Cestio præside acciderunt: & quot in *loca* Judæi sub primos *belli* motus armis invaserunt.

8. Item quomodo urbes finitimas communierunt; & ut Nero, post clades Cestii ductu acceptas, summæ rerum metuens, Vespasianum bello præfecit. utque ille cum filio natu maximo Judæorum in regionem ingressus est; & quantum ille Romanorum exercitum duxit, & auxiliarium quotquot per Galilæam omnem cæsi erant. atque ut urbium illorum alios quidem vi penitusque expugnavit, alias vero ad deditionem adegit. Ac ubi eò venero, quænam sit Romanorum in acie ordinum conservatio, & legionum disciplina; & quanta sit utriusque Galilææ amplitudo, & quod soli ingenium, & quinam Judææ fines limitesque; insuper quæ regionis propria sint, & qui lacus fonteque in ea; quæque per singulas urbes captis acciderint, summa cum fide, ex iis quæ ipse vidi aut pertuli, enarrabo: neque quidquam de meis calamitatibus reticebo, ut qui ad singula scientes dicturus sim.

9. Deinde, ut, cum jam res Judæorum labefactarentur, Nero quidem diem supremum obit, Vespasianus autem, maturato in Hierosolyma itinere, imperii gratia retrahitur; quæque ei signa de eo *capessendo* data erant, & quæ Romæ factæ mutationes; utque is invitus à militibus imperator declaratus erat. Et quomodo, eo in Ægyptum ad res universas

ς'. Αρχαιολογεῖν μὲν δὴ τὰ Ιουδαίων, τίνες τε ὄντες, καὶ ὅπως ἀπανέστησαν Αἰγυπτίων, χώρας τε ὅσων ἐπῆλθον ἀλώμενοι, καὶ πόσα ἔξης κατέλαβον, καὶ πῶς μετανέστησαν, νῦν ἄχαιρον φήθην εἶναι, καὶ ἄλλως περιττόν· ἐπειδὴ καὶ Ιουδαίων πολλοὶ τῶν ἐμοῦ τὰ τῶν προγόνων συνετάξαντο μετὰ ἀκριβείας, καί τινες Ελλήνων, ὀλίγα τῇ [a] πατρίῳ φωνῇ [b] μεταβάλλοντες, ὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον. ὅπου δέ τινι τούτων συγγραφεῖς ἐπαύσαντο, καὶ οἱ ἡμέτεροι προφῆται, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ποιήσομαι τῆς συντάξεως. τούτων δὲ τὰ μὲν ἐν καθ' ἑαυτὸν πολέμου διεξοδικώτερον, καὶ μὴν ὅσης ἂν ἐξεργασίας δύναμαι, δίειμι· τὰ δὲ παρωτέρω τῆς ἐμῆς ἡλικίας [c] ὀπισθαμῶν συντόμως.

ζ. Ως Αντίοχος, ὁ κληθεὶς Επιφανὴς, ἑλὼν τὴν πόλιν Ιεροσόλυμα, καὶ καταχὼν ἔτεσι περὶ μησὶν ἕξ, ὑπὸ τῶν Ασαμωναίου παίδων ἐκβάλλεται τῆς χώρας. ἔπειθ' οἱ ἀπὸ τούτων ἔγγονοι, περὶ τῆς βασιλείας διαστασιάσαντες, εἵλκυσαν εἰς τὰ πράγματα Ρωμαίους καὶ Πομπήϊον· καὶ ὡς Ηρῴδης ὁ Αντιπάτρου κατέλυσε τὴν δυναστείαν αὐτῶν, ἐπαγαγὼν [d] Σόσιον. ὅπως τε ὁ λαὸς, μετὰ τὸν Ηρῴδου τελευτὴν [e] καταστάσιασεν, Αὐγούστου μὲν Ρωμαίων ἡγεμονεύοντος, [f] Κυϊντιλίου δὲ Ουάρου κατὰ τοῦτον χώραν ὄντος· καὶ ὡς ἔτει δωδεκάτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ὁ πόλεμος ἀνερράγη, τά τε συμβάντα τοῖς Κέστιον, καὶ ὅσα κατὰ τὰς πρώτας ὁρμὰς ἐπῆλθον οἱ Ιουδαῖοι τοῖς ὅπλοις.

η'. Οπως τε [g] τὰς πρὸς ἀλλήλους ἐτειχίσαντο· καὶ ὡς Νέρων, ὀπὶ τοῖς Κεστίου πταίσμασι δείσας περὶ τῶν ὅλων, Ουεσπασιανὸν ἐφίστησι τῷ πολέμῳ. καὶ ὡς ὑπὸ μὲν τὰ πρωτοβουλίᾳ τῶν παίδων εἰς τὴν Ιουδαίων χώραν ὠθεῖται, ὅση τε χρώμενος Ρωμαίων φρατιᾷ, καὶ ὅσοι σύμμαχοι ἐκόπησαν εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν. καὶ ὡς τὰς πόλεων [h] αὐτῆς ἃς μὲν [i] ὁλοχερῶς καὶ κατὰ κράτος, ἃς δὲ δι' ὁμολογίας ἔλαβεν. ἔνθα δὴ καὶ [k] τὰ περὶ τῶν Ρωμαίων ἐν πολέμοις εὐταξίας, καὶ τὴν ἄσκησιν τῶν ταγμάτων, τῆς τε Γαλιλαίας [l] ἑκατέρας τὰ μεγέθη, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τοὺς τῶν Ιουδαίων ὅρους, ἔτι τε τῆς χώρας τὴν ἰδιότητα, λίμνας τε καὶ πηγὰς τὰς ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ περὶ ἑκάστην πόλιν τῶν ἀλισκομένων παθήματα κατ' ἀκριβείας, ὡς εἶδον ἢ ἔπαθον, δίειμι. οὐδὲ γὰρ τῶν ἐμαυτοῦ τι συμφορῶν ἀποκρύψομαι, μέλλων γε πρὸς εἰδότας ἐρεῖν.

θ'. Επειθ' ὡς ἤδη καμνόντων Ιουδαίοις τῶν πραγμάτων, θνήσκει μὲν Νέρων, Ουεσπασιανὸς δὲ ὀπὶ Ιεροσολύμων ὁρμώμενος, ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας ἀνήλκεται· τά τε γενόμενα περὶ ταύτης αὐτῷ σημεῖα, καὶ τὰς ὀπὶ Ρώμης [m] καταβάσεις, καὶ ὡς αὐτὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἄκων αὐτοκράτωρ ἀποδείκνυται. καὶ ὡς [n] τότε ἀποχωρήσαντος ὀπὶ διοικήσει τῶν ὅλων

[a] Πατρίῳ in plerisq; *MSS.* [b] Μεταβαλόντες in quibusdam *MSS.* [c] *Al.* ἐπιδράμων. [d] Ita prout in *Antiquitatum* libris. quomodo & *Rufinus*, & ex *Latinis* alii, *Faflique Consulares*. Σόσιον in plerisq; *Josephi* libris *de Bello* tam *impressis* quam *MSS.* & apud *Dionem Alioſque*. Sic indifferenter Κάϊσσιος vel Κάσσιος, & ejusmodi multa scribuntur. [e] Sic omnes fere *MSS.* καταστασίασεν in *Editis*. [f] Ita cum ipso *Josepho* in *Originibus* & nonnullis *MSS.* in *aliis* & *impressis* Κυϊντιλίου. [g] Τὰς πρὸς ἀλλήλους *Bod.* atque ita forsan *Rufinus*, qui vertit, *quoque modo accolas permunierint*. [h] Sic *Big.* & *Bod.* minus recte αὐτοῖς *Baſ.* & *Gen.* [i] Ολοχερῶς καὶ non agnoscunt *Big.* & *Ruf.* [k] Vocula τὰ deest *Bod.* [l] Ἑκατέρας Διαστήματα *Bod.* [m] Incertum est an ita legerit *Rufinus*, qui vertit *mutationes*; quam vocem & nos retinuimus. Sensus requirit μεταβολὰς καὶ στάσεις, aut simile quid. [n] Τότε abest *Big.*

ἄλων εἰς τ' Αἴγυπτον, ἐτασιάσθη τὰ Ἰουδαίων· ὅπως τε ἐπαιτίοις αὐτοῖς οἱ τύραννοι, καὶ τὰς τύχας πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς.

ι'. Καὶ ὡς ἄρας ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου Τῖτος δεύτερον εἰς τὴν χώραν ἐνέβαλεν· ὅπως τε τὰς δυνάμεις, καὶ [a]ὅπου, καὶ πόσας συνήγαγε· καὶ ὅπως ἂν τ' ταύτης ἡ πόλις διέκειτο παρόντος αὐτοῦ, πρόσοδόν τε ὅσας ἐποιήσατο, καὶ πόσα χώματα, προβόλους τε τῶν τειχῶν καὶ τὰ μέτρα τύπον, τήν τε τῆς πόλεως ὀχυρότητα, καὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ ὁ ναὸς τὴν διάθεσιν· ἔτι δὲ καὶ τύπον καὶ τοῦ βωμοῦ τὰ μέτρα, πάντα μετ' ἀκριβείας, ἔθη τε ἑορτῶν ἔνια, καὶ τὰς ἐπὶ ἁγνείας, καὶ τὰς τῶν ἱερέων λειτουργίας. ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας [b]τῶν ἱερέων καὶ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ὅλῳ τῷ ναῷ τὸ ἄγιον, οὐδὲν ὅτι ἀποκρυπτόμενον ὅτι παρεισθὲς τοῖς πεφανερωμένοις.

ια'. Ἐπειτα δέξομαι τήν τε τύραννον πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ὠμότητα, καὶ τ' Ρωμαίων φιλίαν πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους· καὶ ὁσάκις Τῖτος, σῶσαι τ' πόλιν καὶ τ' ναὸν ἐπιθυμῶν, [c]ὑπὲρ δίξιας τοὺς στασιάζοντας [d]προεκαλέσατο, διακρίνων τὰ πάθη τοῦ δήμου καὶ τὰς συμφοράς, ὅσα τε ὑπὸ τοῦ πολέμου, καὶ ὅσα ὑπὸ τ' στάσεως, καὶ ὅσα ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κακοήθεντος, ἐάλω. [e]Παρελεύσομαι δὲ οὐδὲ τὰς τῶν αἰχμαλώτων ἀτυχίας, οὐδὲ τὰς τῶν αἰχμαλώτων κολάσεις· ὅπως τε ὁ ναὸς ἄκοντος ἐνεπρήσθη Καίσαρος, καὶ ὅσα τῶν ἱερῶν κειμηλίων ἐκ τοῦ πυρὸς ἥρπαγη, τίνα τε τ' ὅλης πόλεως ἅλωσιν, καὶ τὰ πρὸ ταύτης σημεῖα καὶ τέρατα, καὶ τ' αἰχμαλωσίαν τῶν τυράννων, τῶν τε ἀνδραποδισθέντων ὁ πλῆθος, καὶ εἰς οἷον ἕκαστοι τύχην διενεμήθησαν. καὶ ὡς Ρωμαῖοι μὲν ἐπεξῆλθον τὰ λείψανα τοῦ πολέμου, καὶ τὰ ἐρύματα τῶν χωρίων καθεῖλον, Τῖτος δὲ πᾶσαν ἐπελθὼν τὴν χώραν κατεστήσατο· τήν τε ὑποστροφὴν αὐτοῦ τὴν εἰς Ἰταλίαν, καὶ τ' θρίαμβον.

ιβ'. Ταῦτα πάντα προειλάβομαι ἐν ἑπτὰ βιβλίοις, καὶ μηδεμίαν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὰ πράγματα, καὶ τοῖς τυχοῦσι τοῦ πολέμου, καταλιπὼν ἢ μέμψεως ἀφορμὴν ἢ κατηγορίας, τοῖς γε τ' ἀληθείας ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἡδονὴν, ἀνέγραψα. ποιήσομαι δὲ [f]ταύτης τ' ἐξηγήσεως ἀρχὴν, ἐν ᾗ τ' κεφαλαίων ἐποιησάμην.

administrandas digreſſo, Judæorum ſtatus ſeditionibus agitatus erat: quoque modo tyranni in eos inſurrexerunt, moxque ut illi inter ſe diſſenſerunt, *referam*.

10. Quemadmodum etiam Titus, ex Ægypto reverſus, iterum in Judæam irrupit: qualiterque copias, & quo in loco, & quantas coëgit. Et quomodo ſeditionibus laboravit urbs, cum ipſe illic adeſſet; & quot *in mœnia* fecit impreſſiones, & quantos aggeres erexit; triumque murorum ambitum, & illorum magnitudinem, urbiſque munitionum firmitatem, & fani templique diſpoſitionem; ac præterea illorum aræque dimenſiones, accurateque omnia, *quoad fieri poſſit, deſcribam*; feſtorum quoque dierum conſuetudines aliquot, ſeptemque luſtrationes & ſacerdotum munia. itemque illorum ſimul ac pontificis veſtes, & quale erat templi ſacrarium, nihil diſſimulans compertiſve adjiciens, *memorabo*.

11. Narrabo deinde tyrannorum in ſuos gentiles crudelitatem, Romanorumque in alienigenas indulgentiam: & quoties Titus, civitatem pariter ac templum ſervare cupiens, ad concordiæ fœdera ſeditioſos provocavit, diſpiciens populi clades & calamitates, quotque mala *ſæviente* bello, quot *gliſcente* ſeditione, & quot fame *graſſante* perpeſſi, *poſtea* capti ſunt. Neque vero aut perfugarum infortunia, aut captivorum ſupplicia, *ſilentio* prætermittam: qualiterque templum invito Cæſare conflagravit, & quantum ſacræ ſupellectilis è flammis ereptum erat; atque totius civitatis excidium, quæque præceſſerant ſigna & prodigia; tyrannorumque captivitatem, & multitudinem abductorum in ſervitium, & quænam cuiq; ſorte obtigerunt. utque Romani perſequuti ſunt belli reliquias, & loca munita funditus everterunt, Tituſque regionem omnem à ſe peragratam *in pace* conſtituit: neque ſilebo reditum ejus in Italiam & triumphum.

12. Iſta univerſa ſeptem libris complexus, adnixuſque ut omnes querelarum aut accuſationum cauſas iis præciderem, qui res *ſingulas* norint belloque interfuerint, ſtudioſis veritatis magis quam voluptatis perſcripſi. Idem autem narrationis hujuſce quod & capitulorum initium faciam.

α'. ΚΕΦ. α'. CAP. I.

Ὅπως ἠρέθη Ἱεροσολύμων πόλις, καὶ ὁ ναὸς ἐσυλᾶτο· καὶ περὶ τ' τῶν Μακκαβαίων Ματθία καὶ Ἰούδα πεπραγμένων, περί τε Ἰούδα τελευτῆς.

Qualiter Hieroſolyma ab Antiocho Illuſtri capta erant, Templumque ſpoliatum: deque Matthiæ & Judæ Maccabæorum rebus geſtis, & Judæ morte.

[g]ΣΤάσεως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων ἐμπεσούσης, καθ' ὃν χρόνον [h]Ἀντίοχος, ὁ κληθεὶς Ἐπιφανὴς, διαφέ-

CUM inter Judæorum potentes commota eſſet ſeditio, quo tempore Antiochus, Epiphanes dictus, cum Ptolemæo ſexto

Conſer Antiqq. l. XII. à p. 530. uſque ad finem libri. 1 Macc. IX. *& 2 Macc.* IV. *ad finem operis.*

a Ita *Bod.* καὶ ὅπου συνήγαγε καὶ ὁπόσους *Big. & Voſſ.* ὃ ὅπου συνήγαγε ὃ ποσάκις *Baſ. & Gen.* in *Ruſini* verſione, *quoque modo exercitum, & quo in loco congregaverit, vel qualiter.* *b* Pro τ' ἱερέων καὶ τοῦ ἀρχιερέως tantum τ' ἀρχιερέων legit *Big.* τοῦ ἀρχιερέως & nihil amplius legiſſe videtur *Ruf.* *c* Ἐπιδεικνὺς δίξιας *Bod.* *d* Προὐκαλέσατο. Διαχεῶ δὲ τὰ π. *Bod.* Simile quid in ſuo codice habuiſſe videtur *Ruſinus*, qui vertit, *provocavit. Diſſeram vero populi vulnera* &c. *e* Καταλείψω *Bod.* *f* Ταύτῃ *Bod.* *g* Auctor (in *Ant.* l. 12. p. 532. §. 2.) fatetur ſe omnia hic loci ſumma brevitate complexum eſſe: adeoque lectores in uberiorem rerum intelligentiam, eò remittendi ſunt. *h* Ptolemæus Philometor, defuncta matre Cleopatra, dotem ejus Cœleſyriam, velut ab Antiocho fraude occupatam, bello recuperare ſtatuit. *Hieron.* ex *Callinico Sutorio* apud *Porphyrium.* Antiochus imminebat Ægypti regno, & ambigendo de Cœleſyria cauſam belli ſe habiturum exiſtimabat. *Liv.* XLII. 29. 1 *Macc.* I. 17. Quas cauſas obtenderit vide apud *Polybium* in *legat.* 72. & 82. *Aldr.*

Orta seditione, Tobiæ filii civitate expulsi. Ant. p. 531.

sexto de Syria omni contendebat (erat autem Judæis inter se de principatu certamen, singulis eorum qui in dignitate erant ægre ferentibus, ut sui similibus subjicerentur) Onias quidem unus è pontificibus, postquam prævaluisset, * Tobiæ filios civitate expulit. illi vero ad Antiochum se receperunt, eique supplicarunt ut ipsis ducibus in Judæam irrumperet. idque regi persuasum est, jampridem sic animato: adeoque is, cum ingenti exercitu impressione facta in *Judæam*, & urbem vi cepit, & eorum qui favebant Ptolemæo magnam multitudinem interfecit; dataque militibus promiscue omnia rapiendi licentia, ipse & templum spoliavit & quotidiani sacrificii consuetudinem cessare fecit per tres annos & menses sex. Pontifex autem Onias, cum ad Ptolemæum perfugisset, & ab eo locum in præfectura Heliopolitana accepisset, ibi urbeculam ad instar Hierosolymorum & simile templum exstruxit: de quo iterum suo in loco *aliquid* memorabimus.

Eorum suasu Antiochus contra Hierosolyma exercitum ducit. Ant. p. 533.

Onias in Ægyptum fugit, ibique urbem & fanum condit.

Ant. p. 547.

Antiochus sævit in Judæos. Ant. 533.

2. Verum Antiocho neque satisfaciebat urbis præter spem expugnatio, neque *ejusdem* direptio, neque tanta hominum strages; sed vehementiori animi motu abreptus, memorque eorum quæ in obsidione pertulerat, Judæos cogebat, contra leges patrias, infantes illorum incircumcisos servare, suesque super aram immolare. Quibus omnes quidem obnitebantur, optimus vero quisque *propterea* trucidabatur. Et Bacchides, ab Antiocho missus ut præsidiorum esset præfectus, impiis mandatis naturæ suæ immanitati adjunctis, nullam iniquitatis prætermisit exsuperantiam, in viros alicujus dignitatis singulos tormentis sæviens, & civibus quotidie universis excidium minitans & ob oculos ponens; donec ex summa atrocitate injuriarum illis affectos adeo irritavit, ut *tandem* sese ulcisci ausi fuerint.

Similiterque Bacchides. Ant. p. 533.

Matthias Maccabæorum pater, Judæorum liberator. Ant. p. 534.

3. Nam Matthias Asamonæi filius, unus è sacerdotibus, ex vico cui Modin nomen, cum suorum manum armis instruxisset (filios enim quinque habebat) sicis Bacchidem interficit: & continuo quidem, veritus custodiarum multitudinem, in montes se recipit. Verum cum ad eum multi Judæorum convenissent, sumpto animo descendit; commissoque prælio Antio-

ρετο τοῖ [a] ὅλης Συρίας τοῖς Πτολεμαίοις τὸ ἔκτον· ἡ φιλοτιμία δ' ἰδίων αὐτοῖς τοῖ δυναστείας, ἑκάστῳ τὸ οἰκείῳ ἀξιώματι μὴ φέροντος τοῖς ὁμοίοις ὑποτεταγμένῳ [b] Ὀνίας μὲν εἷς τὸ ἀρχιερέων, ὀλιγαρκήσας, ἐξέβαλε τοὺς τοῦ πόλεως τοὺς υἱοὺς Τωβία. οἱ δὲ καταφυγόντες τοῖς Ἀντιόχοις ἐκέτευσαν, αὐτοῖς ἡγεμόσι χρώμενοι, εἰς τὴν Ἰουδαίαν [c] ἐμβαλεῖν. πείθεται δὲ ὁ βασιλεὺς ὁρμητὸν πάλαι καὶ, μετὰ πλείστης δυνάμεως [d] αὐτοὺς ὁρμήσας, τὴν τε πόλιν [e] αἱρεῖ κρατεῖ, καὶ πολύν πλῆθος τῶν Πτολεμαίῳ τοῖς ἐπιχωρίων ἀνεῖλε, τάς τε ἁρπαγὰς ἀνεῖδεν ἐπαφεὶς τοῖς στρατιώταις, αὐτός καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησε, καὶ τὸν ἐνδελεχισμὸν τῶν καθ' ἡμέραν [f] ὁλοκαυτωμάτων ἔπαυσεν ἐπ' [g] ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ. ὁ δὲ [h] ἀρχιερεὺς [i] Ὀνίας τοῖς Πτολεμαίου ἀφεστηκὼς, καὶ παρ' αὐτῷ λαβὼν τόπον ἐν τῷ [k] Ἡλιουπολίτῃ [l] νομῷ, πολίχνιόν τε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀπεικασμένην, καὶ ναὸν ἔκτισεν [m] ὅμοιον· περὶ οὗ [n] αὖθις καὶ χώραν διλώσομεν.

β'. [o] Ἀντιόχῳ γε μὲν, ὅτε τὸ παρ' ἐλπίδα κρατῆσαι τῆς πόλεως, ὑφ' αἱ ἁρπαγαὶ, καὶ ὁ τοσοῦτος φόνος ἤρκεσεν· ἀλλὰ δὲ ἀκρασίας παθῶν, καὶ κατὰ μνήμην ὧν εἰς τὴν πολιορκίαν ἔπαθεν, ἠνάγκαζεν Ἰουδαίους, καταλύσαντας τὰ πάτρια, βρέφη τε αὐτῶν φυλάττειν ἀπείτμητα, καὶ οὓς ὑπήνεγκε τῷ βωμῷ. τοῖς δὲ πάντας μὲν ἠπείθουν, ἐσφάττοντο δὲ οἱ δικαιότατοι. [p] καὶ Βακχίδην, ὃν πεμφθεὶς ὑπ' Ἀντιόχου φρούραρχον, τῇ φυσικῇ τοῖς λαοῖς ὠμότητι τὰ ἀσεβῆ προσεγύμναζε, δικαιομισίᾳ ὀδημίαν παρέλιπεν ὑφαλλίῳ, καὶ κατ' ἄνδρα τοὺς ἀξιολόγους αἰκιζόμενον, καὶ κοινῇ καθ' ἡμέραν ὀδυσκήμενον ὅτι ἀλόντας τῇ πόλει, μόχλει τοῦ ὑφαλοῦς τῶν ἀδικημάτων τοὺς τάφους εἰς ἀμείνω τόλμαν ἠρέθισεν.

γ'. [q] Ματθίας γοῦν [r] ὁ υἱὸς Ἀσαμωναίου, τῶν ἱερέων ἕνος, ἀπὸ κώμης [s] Μωδεὶν ὄνομα, συναθροίσας μὲν χεῖρας οἰκείας, πέντε δ' υἱεῖς ἔχων αὐτῷ, κοπίσιν ἀναιρεῖ τὸν [t] Βακχίδην καὶ δορυφορικὸν μὲν δείσας τὸ πλῆθος τῶν φρουρῶν εἰς τὰ ὄρη καταφεύγει. προσγενομένων δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου πολλῶν αὐτῷ, ἀναθαρρήσας, κατίσχει καὶ συμβολὴν μάχην, καθ' ἣν τὸν Ἀντίοχον

a Fortasse Κοίλης. non enim de tota Syria, sed de Cava tantum lis erat. *Aldr.* *b* Potius Ἰάσων, prout *Ant.* l. 12. p. 531. id quod vidit *Aldrichius*, qui librarium hoc mendum intulisse existimat, utpote scripti nominis abbreviaturam male explicantem. Non dubitat *Petitus* (in *Animadv.* ἀνεψιότητος, tom. 2. p. 17.) quin olim scriptum fuerit, ὧν Ιης (pro ὧν Ιησοῦς, qui & Ἰάσων) ex quibus factum Onias. *c* Εἰσβαλεῖν *Big.* & *Bod.* *d* Ita *Voss.* αὐτῶν in *cæteris.* *e* Ita in *Belli proœmio* §. ζ'. & 2 *Macc.* c. 10, v. 3. ἑλὼν τὴν πόλιν δορυάλωτον. h. e. *quasi vi captam tractavit* inquit *Grotius* in locum. Nam ἁλοῦσα capta est urbs, ἀνοιξάντων αὐτῷ τὰς πύλας ὅσοι τὸ σύνολον ἐσωσαμένων ἦσαν. *Ant.* p. 532. Sed illi portas occluserant cives, & obsidendi necessitatem fecerant; nec eum ultro, datisve conditionibus admisere, sed ab ejus factione circumventi sunt. Quare urbem cepit κρατῶν, quo sensu illud τῷ δ' ἁλῶναι opponitur: quemadmodum supra *Josephus* in *Proœmio* §. θ'. atque alibi hac voce utitur. *Aldr.* *f* Ὁλοκαυτωμάτων *Voss.* atque ita infra p. 959. v. 17. *g* Ita in *Belli proœmio* §. ζ'. & 2 *Macc.* c. 10. v. 3. Sed *Josephus* in *Ant.* lib. 10. c. 11. & lib 12. c. 7. tres tantum annos computat: idemque spatium colligitur ex 1 *Macc.* c. 4. v. 52. collat. cum ejusdem c. 1. v. 62. Alii dies 1290 vel 1296 ut ipse alicubi *Josephus*. Quorum omnium facilis est conciliatio. Stetit enim in templo Idolum tribus annis non amplius; ab urbe vero capta & interdictis ritibus sex præterea menses effluxerant cum diebus paucis, qui numeri rotundi gratia negliguntur. *Aldr.* Vide *Grotium* ad *Dan.* c. 7. v. 25. *h* De jure scilicet; nam de facto pontifex erat Alcimus, sive Jacimus à sacerdotali genere alienus. Vide *Ant.* p. 547. *Aldr.* *i* Onias, Oniæ III. pontificis filius in *Ant.* p. 547. rectius (ut inquit *Usserius* ad A.M. 3842.) erroremque suum in libris *de Bello Judaïco* retractans. *k* *Al.* Ἡλιοπολίτῃ. *l* Ita *Big.* νόμῳ *Bod.* *Aliique* cum *impressis.* *m* Vocem ὅμοιον non agnoscit *Vet. Interpr.* Verum reperitur *Ant.* p. 562. Libro vero VII. *de Bello*, οὐκ ὅμοιον dicitur ἀλλὰ πύργῳ παραπλήσιον. Licet enim promiserit (ut constat ex *Ant.* p. 562. 563.) conditurum se templum Hierosolymitano simile καὶ ταῖς αὐταῖς μέτροις, exstruxit tamen μικρότερον καὶ πενιχρότερον, *Ant.* p. 563. Plura hac de re congessit *Petitus*, tom. 3. p. 626. *n* Sc. *Belli* l. VII. *Ant.* p. 547. 562. 563. & p. 900. *o* Supple τὸ δεύτερον ἀναβῆναι. & nota *Josephum* ea Antiocho tribuere, quæ ministri ejus eo imperante perfecere. Vide 1 *Macc.* c. 1. v. 30. 2 *Macc.* c. 5. v. 24. &c. *Aldr.* *p* Præerat Hierosolymis hoc tempore Philippus Phryx, relictus ibi ad Judæos affligendos. 2 *Macc.* c. 5. v. 22. Matthias vero (*Ant.* p. 534. 535.) in vico Modin, non Hierosolymis, στρατηγὸν βασιλικὸν non Bacchidem sed Ἀπελλῆν occidit. An eo igitur in loco redundat Ἀπελλῆν? an hic potius post nonnulla pro Βακχίδην scribi debet? *Aldr.* *q* *Al.* Ματταθίας, & ipsi *Josepho* in *Ant.* p. 534. & *Scriptori* prioris *Maccabæici.* *r* *Ant.* p. 534. υἱὸς Ἰωάννου τοῦ Συμεῶνος, τοῦ Ἀσαμωναίου. *s* *Al.* Μωδεΐν, Μωδεΐμ & Μωδεΐν. Vide *Ant.* p. 534. *t* Ἀπελλῆν *Ant.* p. 535. * Sc. Tobiæ *nepotes*, *Hyrcani* filios.

a Nempe

Αντίοχῳ στρατηγὸς, καὶ τῆς Ιουδαίας ἐξελαύνει. παρελθὼν δὲ ἀπὸ τῆς εὐπραγίας εἰς δυναστείαν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπαλλαγὴν τοῦ ἀλλοφύλων ἄρξας τοῦ στρατηγοῦντος ἐκόντων, τελευτᾷ, Ιούδᾳ τῷ πρεσβυτάτῳ τοῦ παίδων καταλιπὼν τὴν ἀρχήν.

δ'. Ο δὲ, ὡς δὲ ἐρημίαν Αντίοχον ὑπελάμβανε, τάς τ' ὁπλιτείας συνεκρότει δυνάμεις, καὶ πρὸς Ρωμαίους πρῶτος ἐποιήσατο φιλίαν, καὶ τ' Επιφανῆ πάλιν εἰς τ' χώραν εἰσβαλόντα, μετὰ κραυγῆς πληγῆς ἀνέσειλεν. ἀπὸ δὲ θερμῆς τ' καταρθώματος ὥρμησεν ὅπως τ' ἐν τῇ πόλει φρουρὰν, ἔτι γὰρ ἐκπέπτωτο, καὶ ἐκβαλὼν ἀπὸ τ' ἄνω πόλεως, συνωθεῖ τοὺς φαπώτας εἰς τ' κάτω· τοῦτο δὲ ἦν ἄστεως ὁ μέρος, Ακρα κέκλησ. κυριεύσας δὲ τ' ἱερᾶς, τόν τε χῶρον ἐκάθηρε πάντα, καὶ περιετείχισε, καὶ πρὸς τὰς λειτουργίας σκεύη καινὰ κατασκευάσας, εἰς τ' ναὸν εἰσήνεγκεν, ὡς τ' προτέρων μεμιασμένων, βωμόν τε ᾠκοδόμησεν ἕτερον, καὶ τ' θυσιῶν ἦρξατο. λαμβανούσης δὲ ἄρτι ὁ ἱερὸν κατάστημα τ' πόλεως, τελευτᾷ μὲν Αντίοχος· κληρονόμος δὲ τ' βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τ' παῖς Ιουδαίων ἀπεχθείας, ὁ υἱὸς Αντίοχος ὁμώ.

ε'. Συναγαγὼν οὖν πεζῶν [b] μυριάδας πέντε, ἱππεῖς δὲ εἰς πεντακισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ [c] ὀγδοήκοντα, ἐμβάλλει διὰ τ' [d] Ιουδαίας εἰς τ' ὀρεινήν. [e] Βηθσουρὰν μὲν οὖν πολίχνιον αἱρεῖ· κατὰ δὲ τ' τόπον ὃς καλεῖται Βηθζαχαρίας, στενῆς ὄσης τ' παρόδου, Ιούδας ὑπήντα μετὰ τ' δυνάμεως. πρὶν δὲ συνάψαι τὰς φάλαγγας, Ελεάζαρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, προϊδὼν τ' ὑψηλότατον τ' ἐλεφάντων, πύργῳ τε μεγάλῳ καὶ προσχύσεσι ποικίλοις κεκοσμημένον, ὑπολαβὼν ἐπ' αὐτῷ τ' Αντίοχον εἶναι, τῶν τε ἰδίων [f] προσεκτήσατο πολὺ, καὶ ἀμφικόψας ὅ ῥίφος τ' πολεμίων, ὅτι τ' ἐλέφαντα δήνυσεν. ἐφικέσθαι μὲν οὖν οὐ δοκοῦντος τοῦ εἶναι βασιλέως· οὐ γὰρ οἷός τε ἦν ἀφ' ὕψους· ὁ δὲ τὸ θηρίον ὑπὸ τ' γαστέρα πλήξας, ὑπεκατέσπασεν ἑαυτῷ, καὶ συντριβεὶς ἐτελεύτησε, μηδὲν πλέον δράσας ὧν μεγάλως [g] ὑπεβαλέσθαι, θέμενος εὐκλείας ὑπὲρ δόξαν τὸ ζῆν. ὅ γε μὴν κυβερνῶν τ' ἐλέφαντα [h] ἰδιώτης ἦν, κἂν εἰ συνέβη δὲ τοῦ εἶναι τ' Αντίοχον, οὐδὲν πλέον ἤνυσεν ἂν ὁ τολμήσας, ὧν δοκεῖν, ἐπ' ἐλπίδι μόνῃ λαμπρᾶς κατορθώματος, ἐλέᾳ τ' θανάτου. ἦν δὲ καὶ κηδὼν τἀδελφῷ τ' ὅλης προθυμίας. καρτερῶς μὲν οὖν Ιουδαῖοι καὶ μέχρι πολλοῦ διηγωνίσαντο πλήθει δὲ ὑπερέχοντες οἱ βασιλικοὶ, καὶ δεξιᾷ χρησάμενοι τύχῃ, κρατοῦσι καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων τοὺς λοιποὺς ἔχων Ιούδας, εἰς τ' Γοφνιτικὴν [i] τοπαρχίαν φεύγει. Αντίοχος δὲ παρελθὼν εἰς Ιεροσόλυμα, καὶ καθίσας ὀλίγας ἡμέρας ἐν αὐτῇ, χρήσασθαι τ' ὅπλοις ἀπανίσησ, καταλιπὼν μὲν φρουρὰν, ὅσην ἐπιχρήσειν ὑπελάμβανε, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἀπαγαγὼν, χειμερεύει εἰς τ' Συρίαν.

chi duces ſuperat, & è Judææ finibus expellit. Proſpero autem rerum ſucceſſu ad *magnam* potentiam provectus, ſuiſque volentibus principatum nactus, quod ab alienigenis eos liberaſſet, *poſt hæc* moritur, imperio Judæ relicto filiorum natu maximo. *Judas Matthiæ ſucceſſor. Ant. p. 536.*

4. Ille vero (neque enim Antiochum quieſcere poſſe exiſtimabat) & è popularibus ſuis exercitum coëgit, & cum Romanis primus amicitiam fecit, Epiphanemque in regionem iterum ingredientem gravi percuſſum plaga propulſavit. Recenti autem victoria elatus, protenus præſidia in urbe adortus eſt, necdum enim deleta erant, illiſque ex urbe ſuperiore ejectis, milites in inferiorem compellit (iſta autem civitatis pars Acra dicta eſt) fanoque potitus, & locum omnem perpurgavit & murum ei circundedit, cumque in ſacrorum miniſteria nova vaſa fabricari curaſſet, in templum ea intulit, quaſi polluta fuiſſent priora: aramque aliam exſtruxit, & ſacris faciundis operam dare inſtituit. Religionis autem ritibus vix civitati reſtitutis, moritur quidem Antiochus; ei vero in regnum ſucceſſit, odiumque in Judæos, filius ejus Antiochus. *Que contra Antiochum, quæque Hieroſolymis geſſerit. Ant. p. 537.* *Antiochus Eupator ſuccedit Epiphani. Ant. p. 545.*

5. Quo factum eſt, ut coactis peditum millibus quinquaginta, equitum autem prope quinque millibus, octoginta vero elephantis, per Judææ partes in regionem montanam irruerit. & Bethſuram quidem urbeculam capit: in loco vero cui nomen Bethzacharias, quà tranſitus erat anguſtior, Judas cum ſuis copiis *ei* occurrit. At antequam congrederentur agmina, Eleazarus frater ejus, cum proſpexiſſet elephantem *unum* cæteris excelſiorem, turrique magna & aureis munimentis ornatum, ratus Antiochum illi inſidere, ſuos longe præcurrit, perruptaque hoſtium turma ad elephantem uſque pervenit. Sed ad illum quidem, qui rex eſſe putabatur, utpote in ſublimi poſitum, pertingere non potuit: belluam vero in alvo vulneratam in ſe dejecit, ejuſque pondere oppreſſus periit, nulla re alia *memorabili* geſta quam quod magna fuerit aggreſſus, gloriæ poſthabita vita. Nam & is qui regebat elephantem privatus erat, & ſi forte Antiochus fuiſſet, illud ipſum auſus nihil magis perfeciſſet, quam ut ſola ſpe præclari facinoris obeundi mortem optaſſe videretur. Verum id fratri totius prælii præſagium habebatur. nam fortiter quidem Judæi & diu multumque repugnarunt: ſed regii numero ſuperiores & proſpera fortuna uſi victoriam reportant. Cumque multi interfecti eſſent, Judas cum reliquis in Gophniticam toparchiam fugit. Antiochus autem Hieroſolyma profectus, ibique dies aliquot commoratus, neceſſariorum inopia diſcedit, relicto quidem illic præſidio, quantum ſatis eſſe arbitraretur, cæteris vero copiis ad hyemandum deductis in Syriam. 6. Cum *Bellum movet contra Judam. Ant. p. 545.* *Judæ frater Eleazarus elephantem aggreditur.* *Ejus occiſi onere opprimitur. Ant. p. 546.* *Judæ male res cedunt.*

a Nempe anno Seleucidarum 152. Antiocho cum Epiphane tum Eupatore defunctis. Verum in initio hujus operis *Joſephus* (quod in *proœmio* videtur innuere) geſtarum rerum compendia neglecto ordine ſectatur. Ad Chronographum vel Annaliſtam pertinuiſſet ea cura quæ *Joſephi* inſtituto non eſt neceſſaria. *Aldr.* b Ωσεὶ δέκα μυριάδας *Ant.* p. 545. ἑκατὸν χιλιάδας 1 *Macc.* VI. 30. ἑπτὰ μυριάδας 2 *Macc.* XI. 2. *Aldr.* c Ita & 2 *Macc.* XI 4. at δύο καὶ τριάκοντα *Ant.* p 545. & 1 *Macc.* VI. 30. *Aldr.* d Mire poſt Ιουδαίων legiſſe videtur *Ruf.* aut ſubintellexiſſe. e Βηθσουρὰν *Baſ.* & *Gen.* Βηθσὼρ *Ant.* p. 367. Βηθσουρὰ *Ant.* p. 545. Videſis *Relandum* in *Palæſt.* S. p. 658. ut & de *Bethzacharia*, p. 660. f Ita *Bod.* ὁπλίτων in *cæteris.* g Ἐπιθαλάσσιος δέξαι *Bod.* h Ινδὸς 1 *Macc.* VI. 37. Nam *Indus*, ut notavit *Grotius*, ſine ullo additamento vocari ſolet belluæ rector, ut ex *Polybio* l. 5. & *Vegetio* l. 3. videre eſt: nimirum quod ex India ut elephanti optimi, ita & elephantorum magiſtri, quos *Rectores* dixit *Livius.* i Ita *Big. Voſſ.* & *Ruf.* ὑπαρχίαν *Bod. Baſ.* & *Gen.* Ιερουσάλυμα *Ant.* p. 546. Verum *Petitus* (in *Animadv.* tom. 3. p. 635.) Γοφνὴν (quo modo in *MS. Bod.*) vel Γοφνιτικὴν ὑπαρχίαν malit.

Judas ſtrenue cum regiis dimicat.

6. Cum autem rex diſcederet, Judas non quieſcebat. Sed poſtquam multi è popularibus ſuis ad ipſum acceſſiſſent, aggregatis etiam ad ſe quotquot è prælio evaſerant, apud vicum Adaſa cum Antiochi ducibus congreditur; cumque pugna præ cæteris claruiſſet, & multam hoſtium ſtragem edidiſſet, *tandem* interfectus eſt: & paucis poſt diebus frater ejus Joannes, ex inſidiis eorum qui Antiocho *dum viveret* favebant.

Judæ mors. Ant. p. 552.

ς'. Περὶ δὲ τὴν ἀναχώρησιν τοῦ βασιλέως, Ἰούδας οὐκ ἠρέμει. προσγενομένων δ' αὐτῷ τῶν ἐθνῶν πολλῶν, καὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἐκ τῆς μάχης ἐπισυγκροτήσας, κατὰ κώμην [a] Ἀδασὰν συμβάλλει τοῖς [b] Ἀντιόχου στρατηγοῖς, καὶ φανεὶς ἄριστος κατὰ τὴν μάχην, πολλήν τε τῶν πολεμίων ἀπεκτείνας, ἀναιρεῖται· καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωάννης, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν [c] τοῦ Ἀντιόχου φρονούντων.

II. **CAP. II.**

De Judæ ſucceſſoribus, Jonatha, Simone, & Joanne Hyrcano.

Jonathas Judæ ſuccedit. Ant. p. 566.

Jonathas autem frater cum ei ſucceſſiſſet, & in aliis quæ ad indigenas ſpectarent caute admodum ſe gerebat, & imperium amicitia cum Romanis inita firmabat: inſuper & facta eſt ei cum Antiocho puero reconciliatio. non tamen horum ei quicquam ſatis momenti habebat ad ſecuritatem. Nam Tryphon tyrannus, Antiochi quidem pueri tutor, illi vero inſidias ſtruens, porroque id agens ut amicos ejus è medio tolleret, Jonathan, cum ad Antiochum paucis comitatus Ptolemaïda veniſſet, dolo comprehendit, eoque vincto contra Judæos exercitum ducit: deinde repulſus à Simone, Jonathæ fratre, quódque ab eo ſuperatus eſſet iratus, Jonathan interficit.

Jonathas inſidiis Tryphonis captus & dein interfectus. Ant. p. 576. & 578.

Quas res præclare geſſerit Simon, ejus ſucceſſor. Ant. p. 577.

2. Simon autem, dum in rebus adminiſtrandis fortiter ſe gerit, Gazara quidem & Joppen & Jamniam capit, populorum vicinorum *urbes*, arcem vero inſuper evertit ſubactis *loci* præſidiis. poſteaque Antiocho etiam adverſus Tryphonem ſe ſocium adjungit, quem Doris, ante *ſuam* in Medos expeditionem, obſidebat. Sed regis aviditatem ſatiare non potuit, quamvis neci Tryphonis ſuam quoque operam adhibuiſſet. Nam haud multo poſt Antiochus emiſit exercitus ſui ducem Cendebæum, cum copiis ad vaſtandam Judæam & ad Simonem ſervituti ſubjiciendum. Atqui ille, quanquam ætatis provectioris, bellum tamen juveniliter adminiſtravit; & filios quidem ſuos cum validiſſimorum manu adverſus eum præmittit; ipſe vero, exercitus parte aſſumpta, alio latere eum aggreditur: & multis per multa loca inſidiis etiam in montibus diſpoſitis aditus & tranſitus omnes occupat. cumque præclaram retuliſſet victoriam, pontifex creatus eſt; & Judæos, poſt centum & ſeptuaginta annos, à Macedonum dominatione liberat.

Cum Antiocho ſocietatem init. Ant. p. 580.

Poſtea Cendebæum Antiochi ducem, rupto ab Antiocho fœdere, fundit fugatque. Ant. p. 580.

Pontifex factus eſt.

II. **ΚΕΦ. β'.** β'.

Περὶ τοῦ Ἰούδου ἀδελφεξαμβύου, Ἰωνάθου, Σίμωνος, καὶ Ἰωάννου τοῦ Υρκανοῦ.

Ἰαδελξάμβυος δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς Ἰωνάθης, τά τε ἄλλα πρὸς τὰς ὑπηκοΐας, καὶ ἀφ' φυλακῆς ἦγεν ἑαυτὸν, καὶ τῇ πρὸς Ρωμαίους φιλίᾳ τὴν ἀρχὴν [d] διαρτύσατο· πρός τε τὸν [e] Ἀντίοχον παῖδα διαλλαγὰς ἐποιήσατο. καὶ μέν τι τούτων ἤρκεσεν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν. Τρύφων γὰρ ὁ τύραννος, ὑπότροπος μὲν ὢν τοῦ Ἀντίοχου παιδὸς, ἐπιβουλὰς δ' αὐτῷ καὶ πόθεν ἀποσκευάζεσθαι τοὺς φίλους αὐτοῦ σπεύδοντος, ἥκοντα τὸν Ἰωνάθην σὺν ὀλίγοις εἰς Πτολεμαΐδα πρὸς Ἀντίοχον δόλῳ συλλαμβάνει, καὶ δίκας ἐπὶ [g] Ἰουδαίοις στρατεύει· εἶτ' ἀπελαθεὶς ὑπὸ τοῦ Σίμωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Ἰωνάθου, καὶ πρὸς τὴν ἧτταν ὠργισμένος, κτείνει τὸν Ἰωνάθην.

Β'. Σίμων δὲ, γενναίως ἀφηγούμενος τῶν πραγμάτων, αἱρεῖ μὲν [h] Γάζαρά τε καὶ Ἰόππην καὶ [i] Ἰάμνειαν τῶν πρόσοικων· κατέσκαψε δὲ καὶ [k] τὴν Ακραν, τῶν [l] φρουρῶν κρατήσας. αὖθις δὲ καὶ [m] Ἀντίοχῳ σύμμαχος κατὰ Τρύφωνος, ὃν οἱ Δῶριες, πρὸ τοῦ [n] Μήδους στρατιᾶς, ἐπολιόρκει. ἀλλ' οὐκ ἐδυσώπησε τὴν τοῦ βασιλέως πλεονεξίαν, συνεξελὼν Τρύφωνα. μετ' ὀλίγον δὲ Ἀντίοχος Κενδεβαῖον τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως [o] διώσοντα τοὺς Ἰουδαίους ἀπέπεμψε, καὶ καταδυλωσόμενον Σίμωνα. ὁ δὲ, καίτοι γεραιὸς ὢν, νεανικώτερον ἀφηγήσατο τοῦ πολέμου· τοὺς μὲντοιγε υἱεῖς ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων προεκπέμπει, αὐτὸς δὲ μοίραν τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν, ἐπεὶ κατ' ἄλλο μέρος. πολλοὺς δὲ πολλαχοῦ καὶ τοῖς ὄρεσι προλοχίσας, πάσας κατὰ τὰς [p] ὑποβολὰς καὶ νικήσας λαμπρῶς, ἀρχιερεὺς [q] ἀποδείκνυται, καὶ τῶν Μακεδόνων ὑπερατείας, [q] μὴ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, Ἰουδαίους ἀπαλλάττει.

γ'. Θνήσκει

---

a Ita cum *Rufino*, *Grotio* ad 1 *Macc.* IX. 5. & *Aldrichio* ſcribendum cenſui. Ἀχιδασὰν in *Editis*: & Ἀχιδασὰ vel Ἀχιδασὰν in *MSS.* Ἀχιδασὰν legendum eſſe contendit *Petitus* in *Animadv.* tom. 3. p. 639. *b* Δημητρίου potius. nam non ſatis accurate dicitur hoc loco Judas cum Antiochi ducibus congreſſus: nam exſtincto Antiocho regnabat Demetrius Soter; pugnam illam adminiſtrabat Nicanor, non Antiochi, ſed Demetrii amicorum fidiſſimus & Roma fugienti comes. Alii fortaſſe duces ſub Antiocho ante meruerant, at tum temporis Demetrio militabant. Denique ſequentia non cum *Rufino* ita intelligenda, ac ſi in hac pugna occubuerit Judas, qui poſt eam cum Romanis ſocietatem iniit, deinde ad Capharſalama feliciter pugnavit, poſtremo contra Bacchidem, apud Azam vel Azotum montem, ubi aliquamdiu victor, non virtute hoſtium ſed numero tandem eſt oppreſſus. *Aldr.* *c* Vel, *qui Judæos perinde oderant atque Antiochus.* Nam ex *Ant.* p. 530. 531. colligi fortaſſe poteſt tum odii cauſa veriſimilis, nempe clades ab Hyrcano acceptæ; tum indicium aliquod ſocietatis & amicitiæ cum Antiocho, quia ſeipſum interfecit Hyrcanus, Antiochum timens propter ea quæ in Arabas auſus fuerat. *Aldr.* *d* Ἐκραταίωτο *Bod.* *e* Ἀντιόχου παῖδα monente *Aldrichio* pro Ἀντίοχα παῖδα (invitis *impreſſis* & *MSS.*) reſcripti. Erat hic Antiochus (qui *Joſepho* Θεὸς) Epiphanis quidem, at non Antiochi, ſed Alexandri (*Ant.* p. 579.) filius, à Tryphone ſublatus, cum eſſet adhuc ætate pupillari. *Ant.* p. 571. παῖς Ἀντιόχου. & p. 570 μὴ ὢν παιδὸς Ἀντίοχα, μειρακίου δ' ἦν ἔτος τὴν ἡλικίαν. & 1 *Macc.* XI. 39. τὸν Ἀντιόχου τὸ παιδάριον legimus. Illum etiam *Appianus* in *Syriacis* τὸ παιδίον vocat. *f* Videtis 1 *Macc.* XIII. 31. 32. *Ant.* p. 575. 579. *Strab.* l. XVI. p. 752. *Appian.* p. 132. & *Juſtin.* l. XXXVI. c. 1. *g* Ἰουδαίοις legiſſe videtur *Ruf.* *h* Cum quibuſdam *Rufini* libris, ipſoque *Joſepho* in *Ant.* p. 579. & 1 *Macc.* XIV. 34. pro Ζαρα reſtitui Γαζαρα. id quod viderant *Grotius* & *Aldrichius.* *i* *Al.* Ἰάμνιαν. *k* In pleriſque *Rufini* exemplaribus, *Accaronem*; ac ſi lectum fuiſſet τὴν Ἀκκαρὼν. *l* Φρυρίων *Bod.* *m* Quem vulgo *Sidetem*, eum *Joſephus* vocat *Pium*, eundemque *Euergetem* nominat *Porphyrius* cum nummis. *Aldr.* *n* Ita in *MSS.* διώσοντα in *Editis.* *o* Ita *Big.* & *Voſſ.* ἐπιβουλὰς in *cæteris.* *p* Ἀναδείκνυται *Bod.* *q* Nempe anno Seleucidarum CLXX.

a Cum

γ'. Θνήσκει δὲ καὶ αὐτὸς ὑποβουλευθεὶς ὑπὸ συμποσίῳ ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ γαμβροῦ, ὃς, αὐτοῦ τινά τε γυναῖκα καὶ τοὺς δύο παῖδας ἐγκαθείρξας, ὅτι τὸ τρίτον Ἰωάννην, ὃς καὶ Ὑρκανὸς ἐκαλεῖτο, τοὺς ἀναιρήσοντας ἔπεμψε. προγνοὺς δὲ τινὰ ἔφοδον ὁ νεανίσκος προγενέσθαι εἰς τινα πόλιν ἠπείγετο, πλεῖστον τῷ λαῷ περιδούς, καί τι μνήμιον τῶν πατρῴων κατορθωμάτων, καὶ μῖσος τῆς Πτολεμαίου ὠμότητος. ὥρμησε δὲ καὶ Πτολεμαῖος εἰσελθεῖν καθ' ἑτέραν πύλην, ἐξηκριβωμένην γε μὴν ὑπὸ τοῦ δήμου [a] ταχέως [b] δεδεγμένην ἤδη τὸν Ὑρκανόν. καὶ ὁ μὲν παραχρῆμα ἀνεχώρησεν, ὅτι τι τῶν ὑπὲρ Ἱεριχοῦντος ἐρυμάτων, ὃ [c] Δαγὼν καλεῖται. χομισάμενος δὲ τὸν πατρῴαν ἀρχιερωσύνην Ὑρκανός, καὶ θύσας τῷ Θεῷ, μὴ τάχιστα ὅτι Πτολεμαῖον ὥρμησε, τιμωρήσων τὴν μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς.

δ'. Περισβαλὼν δὲ τῷ φρουρίῳ, τἄλλα μὲν ἄλλα κρείττων ἦν, ἡττᾶτο δὲ δικαίᾳ πάθει. ὁ μὲν Πτολεμαῖος, ὁπότε καταπονοῖτο, τὴν μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ προσαίρων ὅτι μάλιστα τύχοι, εἰς εὐσωμότερον ἀνέζετο, καὶ μετὰ δακρυμνιῶν εἰ μὴ θᾶττον ἀπαναστὰς διωκέλευε. πρὸς δὲ τὴν μὲν Ὑρκανοῦ ὀργὴν πλείων οἶκτος εἰσῄει, καὶ δίκος· ἡ δὲ μήτηρ, οὐδὲν ὅτι πρὸς τὰς αἰτίας, ὅτι πρὸς τὴν ἀπειλούμενον αὐτῇ θάνατον ὑπεδύετο, χεῖρας ὤρεγε, καὶ καταπτοηθεῖσα τὸν παῖδα, μὴ πρὸς τοῦ αὐτῆς ὕβρει ὑποκλαυθέντα φείσασθαι μᾶλλον δυσσεβὴς, ὃς αὐτῇ γε κρείττονα τὴν ἐκ Πτολεμαίου θάνατον ἀθανασίας εἴη, δίδοιτο δίκας ἐφ' οἷς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ παρανόμησεν. ὁ δὲ Ἰωάννης, ὁπότε μὲν ὀφθείη τὸ πρόσωπον τῆς μητρὸς, καὶ καταπλήσσοιτο τὴν ἱκεσίαν, ὥρμητο προσβάλλειν. ἐπειδὴ δὲ κατίδοι τυπτομένην τε καὶ σπαραττομένην, ἐπηλώτο, καὶ μᾶλλον πάθος ἦν. τελουμένης δὲ ἀφ' ὅλης τῆς πολιορκίας, ἐπίσης τὸ ἀργὸν ἔτος, ὃ κατὰ ἑπταετίαν ἀργεῖται παρὰ Ἰουδαίοις ὁμοίως [d] ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις. καὶ τότε Πτολεμαῖος ἀνεθεὶς τῆς πολιορκίας ἀναιρεῖ τοὺς ἀδελφοὺς Ἰωάννου σὺν τῇ μητρὶ, καὶ φεύγει πρὸς Ζήνωνα τὸν ἐπικληθέντα Κοτυλᾶν· Φιλαδελφείας δ' ἦν τύραννος.

ε'. Ἀντίοχος δὲ, κατ' ὀργὴν ὧν ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθε, [e] στρατεύσας εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἐπολιόρκει τὸν Ὑρκανὸν προσκαθεζόμενος τοῖς Ἱεροσολύμοις. ὁ δὲ τὸ Δαυΐδου μνῆμα ἀνοίξας, ὃς δὴ πλουσιώτατος βασιλέων ἐγένετο, καὶ ἀνελόμενος ὑπὲρ τρισχίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε Ἀντίοχον ἀπανίστησι τῆς πολιορκίας πεύσας τριακοσίοις ταλάντοις· καὶ δὴ καὶ ξενοτροφεῖν προέτο Ἰουδαίων οὐκ ὀλίγους ἤρξατο.

ς'. Αὖθις γε μὴν ὡς Ἀντίοχος, [f] ὅτι Μήδους στρατεύσας, χειμὼν ἀμώνιος αὐτῷ παρεῖχεν, εὐθέως ὥρμησεν

3. Sed & ipſe in convivio interiit ex inſidiis Ptolemæi generi ſui, qui, uxore etiam ejus duobuſque filiis in cuſtodiam concluſis, certos homines miſit, ut tertium, *ſcilicet* Joannem, cui etiam Hyrcanus nomen erat, interficerent. Nam adoleſcens, cum jam ante de adventu illorum aliquid intellexiſſet, in urbem properabat, populo plurimum fiſus, & propter memoriam rerum à patre proſpere geſtarum, & quod cunctis inviſa eſſet Ptolemæi iniquitas. Quin & Ptolemæus tentavit alia porta in urbem ingredi: veruntamen è veſtigio repulſus eſt à populo qui Hyrcanum jam receperat. Et is quidem continuo diſceſſit in quoddam ultra Hierichuntem munimentum, quod Dagon appellatur. Hyrcanus autem, paternum pontificatum aſſequutus, ſacriſque Deo factis, celeriter verſus Ptolemæum profectus eſt, matri ſimul & fratribus auxilium laturus.

Simon ex inſidiis Ptolemæi generi ſui perit. Ant. p. 581.

Hyrcanus fit pontifex, & Ptolemæum adoritur. Ant. p. 581.

4. Cum autem in caſtellum invaderet, aliis quidem rebus ſuperior erat, juſto vero dolori ceſſit. Nam Ptolemæus, quoties premeretur, matrem ejus fratreſque in murum productos, palam ut poſſent conſpici, verberabat, & præcipites dare minitabatur, niſi quam primum diſcederet. Ex quibus Hyrcanum quidem ſubiit iracundiâ major miſericordia, & timor: mater vero ejus, nihil plagis necive ſibi intentatæ cedens, manus protendebat, filiumque precabatur, ne parceret impio fractus injuriis matris, ut quæ immortalitate potiorem duceret Ptolemæi mortem, modo is pœnas lueret pro flagitiis in domum illorum admiſſis. At Joannes, cum matrem animadvertiſſet tanta eſſe animi præſentia & fortitudine, preceſque illius exaudiſſet, incitatus eſt ad impreſſionem faciendam: poſtquam vero ipſam verberari & lacerari conſpexiſſet, emolliri incipiebat, totuſque plenus erat doloris. Ob hæc autem tracta aliquandiu obſidione, inſtabat annus feriatus, quo apud Judæos quolibet ſeptennio ſimiliter ac ſeptimo quoque die otium agitur. Et in hoc Ptolemæus, obſidione ſolutus, fratres Joannis una cum matre interfecit, & ad Zenonem confugit, qui Cotylas cognominatus eſt: erat autem Philadelphiæ tyrannus.

Ejus fortitudo.

Annus Jubilæus. Ant. p. 581.

Ptolemæus ad Cotylam fugit. Ant. p. 581.

5. Atqui Antiochus, ob ea quæ à Simone paſſus fuerat iratus, ducto in Judæam exercitu, Hieroſolymis aſſidens Hyrcanum obſidebat. Ille vero, patefacto ſepulchro Davidis, utpote qui regum ditiſſimus fuerat, ablatiſque inde plus quam tribus millibus talentorum, facit ut Antiochus ab obſidione diſcederet, id quod ei datis trecentis talentis perſuaſit: atque adeo primus Judæorum ſuis ſumptibus cœpit peregrina alere auxilia.

Antiochus Hieroſolyma oppugnat. Ant. p. 582.

Davidis ſepulchrum aperit Hyrcanus. Ant. p. 583.

6. Rurſuſque tamen, quando Antiochus, bello contra Medos ſuſcepto, tempus vindictæ idoneum ei ſuppeditaret, confeſtim adverſus

Expeditionem facit in Syriam. Ant. p. 583.

[a] Cum ſequentibus ταχέως jungit *Ruf.* [b] Ita *Bod.* δεδεγμένον in *cæteris.* [c] Ita *Ant.* p. 581. At 1 *Macc.* XVI. 15. Δὰγων vel Δὰν, quod Syris *ſpectaculum* ſignificat. [d] Supra (p. 581. v. 41.) ταῖς ἐν ἑβδομάσιν ἡμέραις. Verum ἑβδομάδα pro *ipſo die ſeptimo* capi & alibi obſervavimus. [e] Confer *Ant.* p. 581. *Plutarchum* in *Apothegm.* & *Diod. Sic.* l. 34. apud *Photium*, cod. 244. De aperto Davidis ſepulchro vide etiam *Ant.* p. 331. p. 583. & p. 724. *Aldr.* [f] Expeditionis hujus Parthicæ multi ſcriptores meminere. Inter alios *Juſtinus* XXXVIII. 10. *Appianus* in *Syr.* p. 132. *Livius* lib. 59. *Athenæus* in *libris* 5, 10, 12. Cum Antiocho profectum eſſe Hyrcanum *Joſephus* aſſerit, *Nicolaus* vero *Damaſcenus* confirmat *Ant.* p. 583. Illi ταμίαι ἀμωνίου ſic contigit. Incredibiles ſecum copias ducebat Antiochus; quarum fama perculſi, quem tum captivum tenebant Demetrium, Parthi ultro dimiſere. Is recepta Syria Ægypto bellum intulit; quod dum geritur, ab eo Syri deficiunt, frater autem Antiochus amiſſo exercitu occiditur. Confeſtim igitur Hyrcanus ſuos milites deportavit in Syriam: illum enim ultionis diu meditatæ tempus ipſum jam admonuit, cum ad eam facerent hæc omnia, Antiochi clades, Demetrii apud ſuos odium, præſidia quoque exhauſta tot militibus ab utroque rege abductis. *Aldr.*

[a] Rectius

Hyrcanus multas Syriæ & Idumææ urbes capit. Antt. p. 585. 586.

versus Syriæ civitates profectus est, vacuas *hominibus* validioribus, id quod erat, repertum esse existimans. & quidem Medabam & Samæam cum iis quæ in vicinia erant, necnon & Sicima & Gazirin ipse cepit; ac præterea Chuthæorum posteros, qui fanum, ad instar Hierosolymitani ædificatum, circumhabitabant. Quin & alias Idumææ urbes non paucas capit, insuper & Adoreon & Mariſſam.

Samaria obsessa & fame vexata. Antt. p. 586.

7. Cum autem & Samariam usque processisset, ubi nunc est Sebaste urbs ab Herode rege condita, eamque vallo undique circumdedisset, filios suos, Aristobulum & Antigonum, obsidioni præfecit: quibus nihil remittentibus, adeo fame premebantur qui in urbe erant, ut etiam insuetissimis vescerentur. Qua re fiebat ut Antiochum, cognomine Cyzicenum, in auxilium sibi advocarent; atque is, cum prompte eis paruisset, ab Aristobulo & Antigono superatur. Et ille quidem, postquam eum persequuti essent fratres ad Scythopolin usque, *tandem* effugit: hi vero, in Samariam reversi, & multitudinem iterum intra murum concludunt, cumque urbem cepissent, & eam diruunt & incolas in captivitatem abduxerunt. Cum autem res illis ita ex animi sententia succederent, suam passi non sunt alacritatem refrigescere: sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, & eam incursibus vastarunt & agros intra montem Carmelum omnes * depopulati sunt.

Antiochus Cyzicenus, Samaritis auxilium ferens, ab Hyrcani filiis victus fugatusque. Antt p. 586.

Samaria excidium. Antt. p. 586.

III.

Hyrcani filiis invidetur.

8. Verum invidia, ex rebus Joannis ipsius filiorumque prosperis conflata, popularium seditionem concitat: multique, conspiratione in eos facta, non quiescebant, donec in bellum apertum exsuscitati vincuntur. Cum autem reliquum vitæ felicissime degisset Joannes, resque imperii per tres annos integros & triginta administrasset, quinque filiis relictis, moritur; vir plane beatissimus, & qui nulla in re fortunam sui causa accusari passus est. Denique tria vel maxima solus obtinuit, nempe & gentis principatum, & summum sacerdotium, & vaticinandi potestatem: nam cum eo ita versatus est Deus, ut futurorum nihil *penitus* ignoraret. adeo ut de duobus filiis suis natu majoribus & præviderit & prædixerit, quod non diu mansuri essent rerum domini: quorum vitæ quis fuerit exitus operæ pretium erit narrare, quatenus de paterna felicitate deciderint.

Hyrcani mors & elogium. Antt. p. 586. 588.

'Ὑρκανὸς δὲ τὰς ἐπὶ Συρίᾳ πόλεις, κενὰς, ὅσῳ λιπὼν, ὑπολαμβάνων εὑρήσειν τ μαχιμωτέρων. [a] Μεδάβων μὲν οὖν καὶ [b] Σαμαίαν ἅμα ταῖς πλησίον, ἔτι δὲ Σίκιμα καὶ [c] Γαιζὶν αὐτὸς αἱρεῖ· πρὸς δὲ τὸ [d] Χουθαίων γένος, οἱ περιῴκουν τὸ ἱερὸν τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερῷ. αἱρεῖ δὲ καὶ τῆς [e] Ἰδουμαίας τε ἄλλας πολλὰς, καὶ [f] Ἀδωρεὸν καὶ Μάρισσαν.

ζ. Προελθὼν δὲ καὶ μέχρι Σαμαρείας, ἔνθα νῦν ἐστι Σεβαστὴ πόλις ὑφ' Ἡρώδου κτισθεῖσα τῷ βασιλέως, καὶ πάντοθεν αὐτὴν ἀποτειχίσας, τοὺς υἱεῖς ἐπέστησε τῇ πολιορκίᾳ, Ἀριστόβουλον καὶ Ἀντίγονον· οἷς οὐδὲν ἀνιέντων, λιμοῦ μὲν εἰς τοσοῦτον προῆλθον οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὡς ἄψασθαι καὶ τῶν ἀθεμίτων. ἐπικαλοῦνται δὲ βοηθὸν, Ἀντίοχον τὸν ἐπικληθέντα [g] Κυζικηνόν· καὶ κεῖνος ἑτοίμως ὑπακούσας, ἐπὶ τοὺς περὶ Ἀριστόβουλον ἤλαυνε. καὶ ὁ μὲν, μέχρι Σκυθοπόλεως διωχθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ἀπέφυγεν· οἱ δ' ἐπὶ τῆς Σαμαρείας ὑποστρέψαντες, τὸ πλῆθος πάλιν εἰς τὸ τεῖχος συνέκλεισαν, καὶ τὴν πόλιν ἑλόντες, αὐτήν τε κατέσκαψαν, καὶ τοὺς οἰκοῦντας ἐξηνδραποδίσαντο. προχωρούντων δὲ τῶν κατὰ γνώμην, τὴν ὁρμὴν οὐ κατέλυσαν, ἀλλὰ προελθόντες ἅμα τῇ δυνάμει μέχρι τῆς Σκυθοπόλεως, καὶ ταύτην τε κατέδραμον, καὶ τὴν ὀρεινὴν Καρμήλου [h] τοῦ ὄρους χώραν ἅπασαν καθεκείμανεν.

η. Πρὸς δὲ τὰς εὐπραγίας αὐξήσει τε Ἰωάννου καὶ [i] τῶν παίδων, φθόνος ἐγείρει τινὰς τοῦ ὄχλου· καὶ πολλοὶ, κατ' αὐτοῦ συνελθόντες, οὐκ ἠρέμουν, μέχρι καὶ πρὸς φανερὸν πόλεμον ἐκκεκινηθέντες ἦλθον. τὸ λοιπὸν δ' ὅλου εὐδαιμονίᾳ Ἰωάννης, καὶ [k] τὰ κατ' αὐτὸν ἀρχικὰ κεφάλαια διοικήσας, [l] ὃ τε πρεσβύτερος καὶ τελεώτατα ὅλοις ἔτεσιν, ὅτι πέντε υἱοὶ τελευτᾷ, μακαριώτατος ὢν καὶ μηδὲν ἐάσας ἐφ' ἑαυτῷ μεμφθῆναι τύχῃ. τέλος γοῦν τὰ προφητεύοντα μόνος εἶχε, τοῦτό τε ἀρχικὸν τοῦ ἔθνους, καὶ ἀρχιερωσύνην, καὶ προφητείαν· ὁμιλεῖ γὰρ αὐτῷ ὁ δαιμόνιον, ὡς μηδὲν τῶν μελλόντων ἀγνοεῖν. ὡς γε καὶ περὶ δύο τῶν πρεσβυτάτων υἱῶν, ὅπως μὴ ἀλλοτρίοις κύροις τῶν πραγμάτων, προεῖδέ τε καὶ προεφήτευσεν· ὧν τοῦτο καταστροφὴ ἄξιον ἀφηγήσασθαι, παρόσον τῆς πατρῴας εὐδαιμονίας ἀπέκλιναν.

CAP. III.

Quomodo Aristobulus, qui primus diadema sumpsit, matre fratreque sublatis moritur, cum non plus anno regnasset.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς Ἀριστόβουλος, πρῶτος διάδημα περιθέμενος, μητρὸς καὶ ἀδελφοῦ ἀναιρεθέντων, τελευτᾷ, βασιλεύσας ὁ πλεῖον ἐνιαυτῷ.

Aristobulus Hyrcani successor. Antt p. 588.

NAM mortuo patre, Aristobulus è filiis natu major, cum principatum in regnum commutasset, primus qui-

ΜΕτὰ γὰρ τὸν πατρὸς τελευτὴν, ὁ πρεσβύτερος αὐτῶν Ἀριστόβουλος, τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεὶς,

a Rectius forsan per η in prima syllaba, quo modo apud LXXII. *Interp.* apud *Eusebium* & *Stephanum* in *suis Onomasticis*, apud *Suidam* ipsumque *Josephum* alibi. Ptolemæo Μαδαυὼ dicitur. Videsis *Relandum* in *Pal.* p. 893. b Σαμαγὰν in *Antt.* p. 583. c Alibi Γαεζὲν. d Ita *Big. Ruf.* & *Antt.* p. 583. *Aliis* Χυδαίων ἔθνος, vel Χυδαῖον ἔθνος. e Sic *Big. Bod. Voss. Ruf.* & *Antt.* p. 584. Ιδδαίας perperam *Bas.* & *Gen.* f Ita lego pro Δωρὰν ex *MSS.* & *Suid.* Si quis Ἀδώρα malit, prout in *Antt.* p. 589. per me licet. Verum an hæc urbs unquam à *Josepho* recte dicatur Δῶρος, nonnihil dubito. Vide *Relandum* in *Palæst.* p. 739. g Ἀσιηνὸν in *libris.* Κυζικηνὸν reposui ex *Antt.* p. 583 &c. Quippe juxta *Porphyrium* (in *Græc. Euseb. Scaligeri* p. 62.) Antiochus Grypus à fratre Cyziceno exutus imperio secessit Aspendum, unde & Aspendii cognomen reportavit. Inde post annum circiter reversus, & imperium cum fratre sic partitus est, ut Grypo cesserit Syria proprie dicta (quæ monte Amano & Selencide definitur) Cyziceno Cœlesyria, (quæ à Seleucide ad Judæam pertinet.) Vide *Strabonem* l. XVI. p. 749. 756. Samaritas igitur, Cyziceni regno attributos, verisimilius est hujus, quam Aspendii, opem imploratse. *Aldr.* h Illa τοῦ ὄρους desunt *Big. Bod.* & *Ruf.* i *Al.* ἀδελφῶν. k Illud τὰ è *MSS.* l Ita *Big. Bod. Voss.* at ἄλλως præcedit καὶ in *Bas.* & *Gen.* Vera lectio videtur

* Inter se partiti sunt. *Ruf.*

ταθεὶς, τεσσαρακοστὸν μὲν ἄρξαντος τοῦτον, μὴ πεντακοσιοστὸν καὶ [a] ἑβδομηκοστὸν τοῦτον ἔτος, τοῖς δὲ μῆνας τρεῖς, ἐξ οὗ κατῆλθεν ὁ λαὸς εἰς τὴν χώραν, ἀπαλλαγεὶς τῆς ἐν Βαβυλῶνι δουλείας· τὸν δὲ ἀδελφῶν, τὸν μὲν [b] μετ' αὐτὸν Αντίγονον, ἐδόκει γὰρ ἀγαπᾶν, ἴσον ἐτίμησε, τοὺς δ' ἄλλους εἱρκτοῖσι δήσας, δεσμᾷ δὲ καὶ τὴν μητέρα διεχθεῖς τοῖς τῆς ἐξουσίας. Τοιούτῳ γὰρ [c] δὴ κυρίᾳ τῶν ὅλων ὁ Ιωάννης ἐπολελοίπει. καὶ μάλιστα τοσαύτης ὠμότητος τοῦτο ἦλθεν, ὥστε καὶ λιμῷ ἀφορήτῳ διαφθεῖραι διέγνω.

β'. Περιῆλθε δὲ [d] αὐτὸν ἡ πίστις εἰς τὸν ἀδελφὸν Αντίγονον, ὃν ἠγάπα τε καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν εἶχε. κτείνει γὰρ καὶ τοῦτον οὐκ ἀφ' ἑνὸς, ἃς οἱ πονηροὶ τῶν αὐλικῶν τὸ βασίλειον ἐπεσκεύασαντο. τοῖς μὲν δὴ πρώτοις διπίστευε τοῖς λεγομένοις ὁ Αριστόβουλος, ἅτε δὴ καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀγαπῶν, καὶ διὰ φθόνου τὰ πολλὰ τῶν λοιδορουμένων. ὡς δ' ὁ Αντίγονος λαμπρὸς ἀπὸ τῆς στρατιᾶς ἦλθεν εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάτριον τῷ Θεῷ, συνέβη μὲν κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, νόσῳ χρήσασθαι τὸν Αριστόβουλον· τὸν δὲ Αντίγονον ὅτι τέλει τῆς ἑορτῆς ἀναβάντα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, ὡς οἷόν τε μάλιστα κεκοσμημένον, προσκυνῆσαι τὸ πλέον ὑπὲρ τἀδελφοῦ. καὶ τότε προσιόντες οἱ πονηροὶ τῷ βασιλεῖ τιὼ τε πομπὴν τῶν ὁπλιτῶν ἐδήλων, καὶ τὸ φρόνημα τοῦ Αντιγόνου, μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην, ὅπερ παρεὶς μετέσω συντάγματος ἀναιρήσων αὐτόν. ὁ γὰρ ἀνέχειν τιμὴν μόνον ἐκ βασιλείας ἔχειν, παρὼν αὐτὸν κατέσχεν.

γ'. Τούτοις μετὰ μικρὸν ἄκων ἐπίστευσεν Αριστόβουλος, καὶ προῆγεν ἤδη ὑποπτεύων φαρέας γενέσθαι καὶ φρουροφυλακὴν τοῖς ὅλοις, καθίστησι μὲν τοὺς σωματοφύλακας ἔν τινι τῶν ὑπογαίων ἀλαμπῆ· κατέκειτο δ' ἐν τῇ Βάρει πρότερον καλουμένῃ, αὖθις δ' Αντωνίᾳ μετονομασθείσῃ· προστάξας ἀνόπλοις μὲν ἅπτεσθαι, κλεῖναι δὲ τὸν Αντίγονον, εἰ μὴ ὅπλων προσοίτο. καὶ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε τοὺς προερήσοντας, ἄοπλον ἐλθεῖν. πρὸς τοῦτο πάνυ παρύργως ἡ βασίλισσα συντίθεται μὴ τὸν Αριστόβουλον. τοὺς γὰρ πεμφθέντας, [e] πείθουσι τὰ μὲν ἄλλα τὸν βασιλέως στοπῆσαι, λέγειν δὲ πρὸς τὸν Αντίγονον, ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας ὅπλά τε αὐτῷ [f] κατασκευασμένα κάλλιστα, [g] ἀφ' πολεμικὸν κόσμον ὑπὸ τῇ Γαλιλαίᾳ, ἀφ' μὲν τὸν ἀσθένειαν αὐτὸς ὑπιδεῖν ἔκρυπτε κωλυθείς, νῦν δ' ἐπεὶ καὶ χωρίζεσθαι μέλλοις, [h] ἠσπάσατ' ἂν ἤδη σέ τε ὑπὸ τοῖς ὅπλοις.

dem diadema ſumpſit, poſt annos quadringentos ſeptuaginta & unum menſeſque tres, quam populus, ſervitute quam Babylone ſerviit liberatus, *in eam* regionem deſcenderat: Antigonum vero fratrum à ſe ſecundum (namque *illum* amare videbatur) ſibi honore æquavit, cæteroſque vinctos in cuſtodias dat; itemque matrem, quod ea cum ipſo de poteſtate contenderit, in vincula conjicit. nam & ipſam rerum dominam Joannes reliquerat. Eoque crudelitatis proceſſit, ut vinctam fame necarit. *Primus ex pontificibus Judæorum rex. Ant. p. 568.* *Crudelis in fratres matremque. Ant. p. 568.*

2. Verum pœnæ ab eo repetitæ ſunt in fratre Antigono, quem & amabat & regni ſocium habebat. Nam & hunc ex calumniis interemit, quas improbi in aula regia *verſantes* in eum confinxerunt. Itaque primo quidem dictis diffidebat Ariſtobulus, ſcilicet & ex amore fratris, & quod pleraque rumore diſſeminata invidiæ imputaret. Sed cum Antigonus ſplendide ab expeditione veniret ad feſtum, quo ex more patrio tabernacula Deo eriguntur, accidit quidem illis in diebus ut morbo laborarit Ariſtobulus; Antigonus vero ſub feſti exitu *in templum* aſcenderit ſuis militibus ſtipatus, & quam maxime fieri potuit ornatus, ut fratris gratia accurate magis *Deum* adoraret. Tumque viri ſcelerati regem adeuntes & armatorum pompam ei indicabant, & elatum Antigoni animum, majorem quam qui privato conveniret, quodque cum turma maxima adeſſet ipſum interfecturus: neque enim nudum *ex* regni *ſocietate* ferre poſſe honorem, cum & regnum ipſum ſibi liceat occupare. *Antigonus calumniis petitus. Ant. p. 569.*

3. His fere invitus credidit Ariſtobulus, idque agens ne vel ſuſpicari quidquam videretur, ſeque contra incerta præmuniret, ſuos quidem ſatellites in loco quodam ſubterraneo & tenebricoſo collocavit (ipſe autem in turri decumbebat quæ prius Baris dicta eſt, poſtea vero mutato nomine Antonia) cum mandatis ut ab inermi manus quidem abſtinerent, Antigonum vero occiderent, ſi armatus accederet. miſit etiam qui illud Antigono prædicerent, ut ſine armis veniret. Ad hoc regina callide admodum cum inſidiatoribus quiddam conſtituit. perſuadent enim iis qui miſſi erant ut mandata quidem regis tacerent, Antigono vero dicerent, quod frater, audito eum ſibi arma pulcherrima in ornatum bellicum in Galilæa comparaſſe, morbo impeditus eſſet quo minus ipſe ſingula inſpiceret, nunc vero cum aliò diſceſſurus ſis, armis indutum videre quam maxime deſideret. *Quibus primo parum credidit Ariſtobulus. Ant. p. 589.* *Regina aliique necem machinantur Antigono. Ant. p. 589.*

4. His

videtur οὐ πρὸ ὀλίγου ἔτους. In *Ant.* p. 588. & p. 900. numerat λα'. Sic & *Euſeb.* in *Dem. Evang.* VIII. 11. & *Hieron.* ad *Dan.* IX. annos aſſignant XXIX. qui numerus quamproxime verum attingit. Quippe Simon occiſus eſt anno Seleucidarum CLXXVII. menſe 11. Sabat. 1 *Macc.* XVI. 14. h. e. circa Febr. anni P. J. 4579. Alexandræ ſucceſſit Hyrcanus anno 3. Ol. 177. *Ant.* XIV. 1. nempe circa Nov. anni P. J. 4644. Differentia eſt annorum 65. & menſium fere 9. unde detractis Ariſtobuli anno 1. Alexandri Jannæi 27. Alexandræ 9. (h. e. 37. annis quos his tribus aſſignat *Joſephus*) relinquuntur Joanni Hyrcano anni tantum 28. & menſes circiter 9. Sed cum ex his 37. aliquot anni videantur eſſe defectivi, cumque vivens adhuc Alexandra Hyrcano regnum commiſerit, quorum illud *Joſephus* innuit, hoc aperte dicit; harum rerum ratione habita fiet Joannis Hyrcani principatus annorum 29.+ *Aldr.* a *Rufini* codices hoc loco, & *Ant.* p. 588. *octogeſimum* pro *ſeptuageſimo* exhibent. Sed falſo. nam numerus ita colligitur. Ab edicto Cyri ad initium Jeſu Joſedecidæ ann. 1. Inde ad mortem Menelai 414. Inde ad mortem Simonis Maccabæi 27. Inde ad mortem Joannis Hyrcani 29 +. Fiunt anni 471 +. puta anni 471. menſes 3. quibus exactis Ariſtobulus diadema ſumpſit. Confer *Ezr.* I. 1. II. 70. III. 1. 6. 2. *Ant.* XII. c. 14. 15. XX. c. 8. Si ad annorum minutias deſcenderis, illarum exceſſus & defectus ſeſe mutuo compenſabunt. Potes eundem numerum etiam hoc modo colligere. Soluta eſt captivitas anno 1. Cyri, h. e. Ol. I. 4. Alexandræ ſucceſſit Hyrcanus Ol. CLXXVII. 3. Differentia eſt Olympiadum 126. & annorum 3. h. e. annorum 507. Tolle annos 36 +, quibus Ariſtobulus, Alexander Jannæus & Alexandra regnavere, reſtant anni 471 +. Apud *Strabonem* XVI. p. 762. σχεδὸν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπὶ ἔτη ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Αλέξανδρος· τοῦτον δ' ὑπὸ τοῖς υἱοῖς τοῖς Ὑρκανοῦ ὁ Αριστόβουλος. Verum eum excuſari poſſe putat *Caſaubonus*, quod Ariſtobulus I. parum vixerit poſt aſſumptum diadema, eique ſucceſſerit frater Alexander. *Aldr.* b Μετ' ἑαυτὸν in aliquot *MSS.* c Illud δὴ abeſt *Big. Aliiſque.* d Αὐτῷ in pleriſque *MSS.* e Πείθει legiſſe videtur *Ruf.* f Κατασκευαζόμενα *Big.* & *Bod.* g Καὶ πολεμικὸν κ. juxta *Ruf.* h Ita cum *MSS.* Ἠσπάσατ' ἄν in *Impreſſis.*

Antigonus occiſus. Antt. p. 589.

4. His auditis Antigonus (ne quid enim mali ſuſpicaretur, ſuadebat fratris affectus) armatus incedebat, quaſi ſemet *fratri* oſtenſurus. Sed ubi ad obſcurum tranſitum, qui Stratonis turris vocabatur, perventum eſt, à ſatellitibus interficitur, relicto hoc in certum documentum, quod omnia benevolentiæ naturæque vincula diſcindant calumniæ, quodque ex melioribus animi affectionibus nulla adeo valida eſt ut invidiæ perpetuo poſſit obſiſtere.

Ejus mors à Juda Eſſæo prædicta. Antt. p. 589.

5. Subeat autem alicui & Judam hac in re mirari. Eſſæus erat genere, qui in prædictionibus nunquam lapſus eſt aut mentitus. Is, poſtquam & Antigonum tunc templum forte *prætereuntem viderat, ad familiares exclamabat (erant autem non pauci è diſcipulis ei aſſidentes) Papæ! "nunc æquum eſſe, dicebat, "ut ipſe moriar, quando ante me veritas in- "teriit, & falſum eſt certum quiddam à me "prædictum. Vivit enim iſte Antigonus, qui "hodie mori debuit. Locus autem neci ejus "fato deſtinatus, erat Stratonis turris: & ille "quidem ſexcentorum abhinc ſtadiorum in- "tervallo diſtat. jam vero quarta eſt diei ho- "ra: adeoque hoc tempus irritum reddit va- "ticinium." Iſta loquutus, tacita cogitatione mœſtoque vultu defixus hærebat ſenex, pauloque poſt interfectum eſſe Antigonum nunciatur in loco ſubterraneo, qui & ipſe Stratonis turris appellabatur, eodem nomine quo maritima Cæſarea. Quippe hæc res vatem perturbavit.

Fratris interitum dolet Ariſtobulus. Antt. p. 590.

6. Cæterum pœnitudo ex ſcelere ſtatim fecit ut Ariſtobulo morbus ingraveſceret; dumque animum cædem ſecum reputando perturbatum haberet, contabeſcebat, donec immodico dolore laceratis viſceribus, ſanguinem multum emitteret. Hunc dum quidam puerorum qui ei miniſtrabant foras effert, divina providentia prolapſus cadit, eo in loco quo Antigonus erat occiſus, & ſuper exſtantes cædis maculas interfectoris cruorem effudit. Mox autem ſublatus eſt ululatus ab iis qui id conſpexerant, tanquam puer de induſtria ſanguinem illic libaſſet: & cum rex clamore audito cauſam ſciſcitaretur, eamque nemo prodere auſus eſſet, eo magis inſtabat diſcendi deſiderio. Tandem vero, cum minas intentaret eoſque cogeret, verum quod erat ei indicaverunt. At ille, cum lachrymis oppleſſet oculos, quantumque poterat ingemuiſſet, dicebat, "haud utique erat ut †magnum Dei oculum "ob facta nefaria effugerem, ſed me celeris "pœna perſequitur ob cognati cædem. Quo- "uſque, ô corpus impudentiſſimum, matri fra- "trique damnatam animam detinebis? Quam- "diu & ipſe paulatim illis ſanguinem meum "libabo? ſimul totum accipiant; ne amplius "inferias ex meis viſceribus factas derideat "numen." His dictis illico moritur, cum non plus anno regnum tenuiſſet.

Moritur. Antt. p. 590.

δ'. Ταῦτ' ἀκήσας ὁ Ἀντίγονος, οἰήσας δ' ἡ τοῦ ἀδελφοῦ διάθεσις μηδὲν ὑποπτεύειν πονηρὸν, ἐχώρει μετὰ τῶν ὅπλων ὡς πρὸς ἐπίδειξιν. γενόμενος δὲ κατὰ τὸ σκοτεινὸν παρόδιον, ἡ Στράτωνος καλεῖτο πύργος, ὑπὸ τ σωματοφυλάκων ἀναιρεῖται, βέβαιον ἀποδείξας, ὅτι πᾶσαν εὔνοιαν καὶ φύσιν κόπτει διαβολὴ, καὶ οὐδὲν ὅτι τῶν ἀγαθῶν παθῶν ἰσχυρὸν ὁ πρὸς φθόνῳ μέχει παντὸς ἀντέχει.

ε'. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐπὶ τούτῳ καὶ Ἰούδᾳ. [a] Ἐσσαῖος ἦν γένος, οὐκ ἔστιν ὅτε πλάσας ἢ ψευσθεὶς ἐν προαγγέλμασιν. ὃς ἐπειδὴ καὶ τότε τ Ἀντίγονον ἐθεάσατο παριόντα διὰ τ ἱερῦ, πρὸς τοὺς γνωρίμους ἀνέκραγεν, ἦσαν δ' οὐκ ὀλίγοι παρεδρεύοντες αὐτῷ τῶν μανθανόντων, πάπαι· "νῦν ἐμοὶ καλόν, ἔφη, τὸ θανεῖν, ὅτι "μοι προτέθνηκεν ἡ ἀλήθεια, καί τι τῶν ὑπ' ἐμῦ "προῤῥηθέντων διέψευσται. ζῇ γὰ Ἀντίγονος ὑποσὶ σήμε- "ρον ὀφείλων [b] ἀποθανεῖν. χρεῖον δ' αὐτῷ πρὸς σφα- "γὴν, Στράτωνος πύργος εἵμαρτο· καὶ τοῦτο μὲ ἀφ' ἑξα- "κοσίων σταδίων ἀπέχθει ὁδόν. ὥραν δὲ τ ἡμέρας ἤδη "τέταρες, ὅδε δὴ χρόνος ἀκμάζει τὸ μάντευμα." Ταῦτ' εἰπὼν, σκυθρωπὸς [c] ὑπὸ σωτηρίας ὁ γέρων διεκαρτέρει, ὃ μετ' ὀλίγον ἀνηρημένος Ἀντίγονος ἠγγέλλετο κατὰ τὸ ὑπόγαιον χρεῖον, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, ὁμωνύμως τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ. τοῦτο γοῦν τ μάντιν διεπάραξεν.

ς'. Ἀριστοβούλῳ γε μὴν ἐκ τοῦ περὶ τ μύσους μεταμέλεια νόσον ἐνεποίησε, καὶ πρὸς σπουδαίοις δ' φόνῳ τ ψυχὴν ἔχοντι ἀεὶ παραγομένῳ συνετήκετο, μέχρι τῶν σπλάγχνων ὑπ' ἀκράτου τῆς λύπης συναιρομένων ἄθρουν αἷμα [d] ἀναβάλλει. τοῦτο τις τ πρὸς τῇ θεραπείᾳ παίδων ἐκφέρων, δαιμονίῳ προνοίᾳ σφάλλεται, καθ' ὃν τόπον ὁ Ἀντίγονος ἔσφακτο, καὶ [e] φαινομένοις ἔτι τοῖς ἀπὸ δ φόνῳ στίλοις τὸ αἷμα τῦ κτείναντος ἐπεξέχεε. ἤρθη δ' [f] εὐθὺς οἰμωγὴ τ θαυμασάντων, ὥσπερ ὑπὸ τινος δ παιδὸς ἐκ διαπαντὸς εἰσαίτου τὸ αἷμα· τ δὲ βοῆς ἀκήσας ὁ βασιλεὺς, τίνα αἰτίαν ἐπυνθάνετο, καὶ μηδενὸς τολμῶντος εἰπεῖν, μᾶλλον ἐσέκειτο μαθεῖν ἐθέλων. τέλος δ' ἀπειλῆσι καὶ βιαζομένῳ πάλιν ἐπον. ὁ δὲ τύς τε ὀφθαλμὺς ἐμπίπλησι δακρύων, καὶ τεράξας, ὅσον ἦν αὐτῷ δυνάμις, εἶπεν, "οὐκ ἄρα Θεῦ "μέγαν ὀφθαλμὸν ἐπ' ἔργοις ἀθεμίτοις λήσειν ἔμελλον, "ἀλλά με ταχεῖα μέτεισι δίκη φόνῳ συγγενῆς. μέχρι "τοῦ μοι σῶμα ἀναιδέστατον τ ἀδελφῷ καὶ μητρὶ "κατάκριτον ψυχρὸν καθέξεις; μέχει τοῦ δ' αὐτὸς "ὑπαπείσω τ' μέρος τῶμὸν αἷμα; λαβέπως ἀθρόον "τοῦτο, καὶ μηκέτι ταῖς ἐκ τ ἐμῶν σπλάγχνων χαῖς "ἐπειρωνεύεσθω τὸ δαιμόνιον." Ταῦτ' εἰπὼν, εὐθέως τελευτᾷ, βασιλεύσας ὁ πλεῖον ἐνιαυτόν.

a *Al.* Ἐσσηνὸς, uti p. 589. b Ἀπῃᾶχ *Big. Bod. & Voſſ.* c Ἐπὶ σωτείας *Big. & Bod.* ἐπὶ σωτείαι *Lipſ.* d Ἀναβάλλων in nonnullis *MSS.* e Videſis *J. A. Boſii Diſſ.* ad 2 *Tim.* 2. 22. f Εὐθέως hîc loci & ſupra v. 26. in pleriſque *MSS.* * Ἰδὼν τ Ἀντίγονον παριόντα τὸ ἱερὸν *Antt.* p. 589. v. 44. † &c. Deum omnia ſpectantem.

ΚΕΦ. δ'.

Οἷα ἐπράχθη ὑπ' Αλεξάνδρου Ιανναίου, βασιλεύσαντος ἐπὶ ϖεσὶ τοῖς ἕπτα καὶ εἴκοσιν ἔτη.

Λυσασα δ' ἡ γυνὴ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ βασιλέα καθίστησιν Αλέξανδρον, τ' ἡλικίαν καὶ μετριότητα ϖρὸ ἄλλων δοκοῦντα. ὁ δὲ, παρελθὼν εἰς τ' ἐξουσίαν, τὸν ἕτερον μὲν τῶν ἀδελφῶν βασιλεύοντα κλείει· τὸν δὲ καταλειπόμενον, ἀγαπῶντα τὸ ζῆν δίχα ϖραγμάτων, ἔχει [a] ὡς τιμῆ.

β'. Γίνεται δ' αὐτῷ καὶ ϖρὸς τ' Λάθυρον ὀνομαζόμενον Πτολεμαῖον συμβολὴ, πόλιν [b] Ασωχὶν ἠρηκότα· καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε τῶν ϖολεμίων, ἡ δὲ νίκη ϖρὸς Πτολεμαῖον ἔρρεψεν. ἐπεὶ δ' ὕστερον ὑπὸ τῆς μητρὸς Κλεοπάτρας διωχθεὶς εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησεν, Αλέξανδρος Γαδάρων τε πολιορκίᾳ κρατεῖ, καὶ Αμαθοῦντος, ὃ δὴ μέγιστον μὲν ἦν ἔρυμα τῶν [c] ϖερὶ Ιορδάνην, τὰ τιμιώτατα δὲ τῶν Θεοδώρου τοῦ Ζήνωνος κτημάτων ἦν ἐν αὐτῷ. ἐπελθὼν δ' ἐξαίφνης ὁ Θεόδωρος, τά τε σφέτερα, καὶ τὰ τοῦ βασιλέως ἀποσκευὴν αἱρῇ, τῶν τε Ιουδαίων εἰς μυρίους κτείνει. αὐτὸς δ' ἐπάνω τὸ πλῆθος Αλέξανδρος, καὶ ϖαρόμβου εἰς τ' ϖαραλίαν, αἱρῇ [d] Ραφίαν τε καὶ Γάζαν, καὶ Ανθηδόνα, τὴν αὖθις ὑφ' Ηρώδου τοῦ βασιλέως Αγριππιάδα ὀνομασθεῖσαν.

γ'. Εξανδραποδισαμένῳ δὲ ταύτας ἐπανίσταται ὁ Ιουδαϊκὸς ὄχλος ἐν ἑορτῇ. μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς εὐωχίαις αὐτοῦ ϛάσις ἅπτεται. καὶ ἐδόκει μὴ ἂν χρεῖττων γίνεσθαι τῆς ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ τὸ ξενικὸν αὐτῷ ϖαρεβοήθει, Πισίδαι καὶ Κίλικες ὄντες· Σύρους γὰρ οὐκ ἐδέχετο μισθοφόρους, διὰ τὸν ἔμφυτον αὐτοῖς ϖρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν. κτείνας δὲ τῶν ἐπαναστάντων ὑπὲρ [e] ἑξακισχιλίους, Αραβίας ἥπτετο· καὶ Γαλααδίτας τε καὶ Μωαβίτας, φόρου τε αὐτοῖς ἐπιτάξας, ἀνέστρεφεν ἐπὶ Αμαθοῦντα. Θεοδώρου δὲ ϖρὸς ταῖς εὐτραγίαις [f] αὐτοῦ καταπλαγέντος, ἔρημον λαβὼν τὸ φρούριον κατέσκαψεν.

δ'. Επειτα συμβαλὼν [g] Οβόδᾳ τῷ Αράβων βασιλεῖ ϖροκεχείρισται τ' ἐν [h] Γαυλανίτῃ, ἐνέδρας αὐτῷ γενομένης, πᾶσαν ἀποβάλλει τ' στρατιὰν, [i] σωωθεῖσαν τῷ βαθείας φάραγγος, καὶ πλήθει καμήλων συντριβείσης. Διαφυγὼν δ' αὐτὸς εἰς Ιεροσόλυμα, ϖρὸς μεγέθει τῶν συμφορῶν πάλαι μισοῦν τὸ ἔθνος ἠρέθισεν εἰς ἐπανάστασιν. Τότε δὲ καὶ τότε κρείττων, καὶ μάχαις ἐπαλλήλοις οὐκ ἔλαττον πεντακισμυρίους [k] Ιουδαίων ἀνεῖλεν· ὑφ' ἑαυτῷ δὲ ϖᾶσιν ἐγένοντο. [l] ὥστε, παυσάμενος τῶν ὅπλων, λόγοις ἐπεχείρει διαλύειν ϖρὸς τοὺς ὑποπτεύοντας. οἱ δὲ μᾶλλον ἐμίσουν τ' μετάνοιαν αὐτοῦ, καὶ τὸν τρόπον τὸν

CAP. IV.

Quas res gesserit Alexander Jannæus, qui regnavit annos XXVII.

UXor autem *Aristobuli*, cum fratres vinculis exemisset, regem constituit Alexandrum, qui & ætate & morum modestia *cæteris* præstare videbatur. Verum is, ad potestatis fastigium provectus, è fratribus quidem alterum regnum affectantem occidit; alterum vero, *vita quieta contentum, in honore habuit.* *Alexander Jannæus rex Judæorum. Antt. 591.*

2. Accidit autem, ut *is* prælio congrederetur cum Ptolemæo cognomine Lathyro, qui urbem Asochim ceperat: in quo multos quidem hostium peremit, sed victoria in Ptolemæum propendebat. Postea vero quam ille, à matre Cleopatra fugatus, in Ægyptum discesserit, Alexander & Gadara obsidione in potestatem suam redigit, & castellum Amathuntis, munitionem omnium quæ ad Jordanem sitæ erant maximam, ubi & pretiosissima quæque bonorum Theodori filii Zenonis adservabantur. At Theodorus, cum repente *ei* supervenisset, & res suas capit & regis impedimenta, & Judæorum decem circiter millia interficit. † Alexander autem ab ista plaga revalescit, & in maritimam regionem versus Raphiam capit & Gazam, itemque Anthedonem, quæ postea à rege Herode Agrippas nominata est. *Pugna inter Alexandrum & Ptolemæum Lathyrum. Antt. p. 592. 593. Antt. p. 594. Pugna inter Alexandrum & Theodorum. Antt. p. 594. Alexander multas urbes capit. Antt. p. 594.*

3. Cum autem *urbes* istas subjugasset, insurrectio fit populi Judaïci in festo. Tum enim maxime, cum festa celebrantur, excitatur seditio. Nec apparebat, quo pacto ex insidiis evadere potuerit, nisi ei auxilium tulissent copiæ peregrinæ, Pisidæ nempe & Cilices: Syros quippe in mercenarios non admittebat, propter ingenitum illis erga gentem Judæorum odium. Cum autem supra sex millia eorum, qui in eum insurrexerant, occidisset, in Arabiam incursionem facit: cumque eam simulque Galaaditas & Moabitas subegisset, tributumque illis imperasset, ad Amathunta reversus est. Theodoro etiam ex rebus ejus prospere gestis metu perculso, cum castellum *omni* præsidio vacuum reperisset, *de* fundamentis *illud* dejecit. *Motus in Alexandrum seditio. Antt. p. 596. Moabitas aliasque gentes subigit Alexander. Antt. p. 596.*

6. Nihil autem gravius in illa clade Judæorum genti accidit, quam quod locus ſanctus antea oculis inacceſſus ab alienigenis patefactus eſſet. Pompejus quippe, cum iis quos ſecum habuit, templum ingreſſus, quò ſoli pontifici penetrare fas eſt, quæ intus erant, candelabrum cum lychnis, & menſam, & vaſa libatoria, & thuribula, ex auro omnia, ſpectavit, & multitudinem aromatum congeſtorum, & ſacram pecuniam ad duo millia talentorum. neque tamen iſta vel aliud quicquam de ſacra ſupellectile attigit; ſed & fanum, poſtridie quam captum eſſet, purgare juſſit ædituis, & ſacra ſolennia celebrare, cum Hyrcanum iterum pontificem declaraſſet, quod præter alia ſemet in obſidione promptiſſimum præſtitiſſet, quodque magnam * regionis incolarum multitudinem ad defectionem ab Ariſtobulo perpuliſſet, cum una militatum ire properarent. Qua re fiebat, ut, ſicuti bonum imperatorem deceret, populum benevolentia potius quam timore ſibi conciliarit. Comprehenſus autem eſt inter captivos etiam Ariſtobuli ſocer, qui & ipſe ei patruus. Et illos quidem, qui maxime belli auctores exſtiterant, ſecuri percuſſit: Fauſto vero iiſque qui una cum eo fortiter pugnaverant, præclara præmia perſolvit, regionique & Hieroſolymis tributum imperat. *Pompejus in Sanctum ſanctorum ingreditur. Ant. p. 615.* *Sacris abſtinet & Hyrcanum pontificem facit. Ant. p. 615.*

7. Cum autem genti abſtuliſſet etiam quas in Cœle-Syria ceperant civitates, illi, qui tunc temporis conſtitutus erat Romanorum legatus, *eam* ſubjecit, intraque ſuos fines concluſit. Inſtauravit autem, in gratiam cujuſdam è libertis ſuis Demetrii Gadarenſis, etiam Gadara, à Judæis *paulo ante* everſa. Mediterraneas præterea civitates ab eorum imperio liberavit, quotquot jam ante non exſciderant, Hippum, Scythopolimque & Pellam, & Samariam, & Mariſſam, itemque Azotum, & Jamniam, & Arethuſam; ſimiliter & maritimas, Gazam, Joppen, Dora, & quæ olim quidem Stratonis turris vocabatur, poſtea vero, alium in modum ſplendide & magnifice ab Herode rege ædificata, mutato nomine Cæſarea appellata eſt. quas omnes, civibus indigenis redditas, provinciæ Syriæ attribuit. Cum autem & iſtam & Judæam, & cuncta ad Ægyptum uſque & Euphratem Scauro, qui eas regeret, tradidiſſet, cum duabus legionibus ipſe via Ciliciæ Romam contendebat, captivum ducens Ariſtobulum cum ſua prole. Erant autem ei filiæ duæ, totidemque filii: quorum alter quidem Alexander, dum *Urbes multæ Judæis ademptæ. Ant. p. 615.* *Ariſtobulus liberique ejus Romam abducti. Ant. p. 615.*

a Ἐρίπτων *Big. Voſ. & Ant.* p. 614. b Romanorum primus Cn. Pompejus Judæos domuit, templumque jure victoriæ ingreſſus eſt. *Tacit. in Hiſt.* V. 9. c Ita *Big. Bod. & Voſ.* παρεῖναι *cæteri cum Ruffino.* d Cn. Pompejus, captis Hieroſolymis victor ex illo ſano nihil attigit. Imprimis hoc, ut multa alia, ſapienter; quod in tam ſuſpicioſa ac maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. Non enim credo religionem & Judæorum & hoſtium impedimento præſtantiſſimo Imperatori, ſed pudorem fuiſſe. *Cic. in Orat. pro Flacco.* e Ἀριστόβουλον *Bod.* f Αὐτὸς ἦν *Big. Bod. & Lipſ.* g Poſt καταταγμένῳ addunt *Bod. Lipſ. Baſ. & Gen.* αὐτῷ νῦν οὐσι χειμαζόμενοι ὑπ' αὐτ῀ τὴν Κοίλην Συρίαν Ελληνίδων πόλιων, quæ verba non agnoſcunt *Big. Voſ. & Ruf.* h Καὶ μόνοις αὐτὸς τοῖς ἰδ. *in MSS.* i Ita *Big. Bod. Voſ. & in Ant.* p. 615. cum participio etiam feminino, ut alibi ſæpe, Γάδαρα κατεγραμμένα *Baſ. & Gen.* Γάδαρα κατεγραμμένη *Bod.* k Ita & *Ant.* p 615. v. 25. μεσογείᾳ *Bod.* l Deeſt Πέλλαν *Bod. & Ruf.* In *Ant.* p. 615. Πέλλαν, ἡ Δῖον, ἡ Σαμ. * Agreſtium multitudinem, *Ruf.*

dum iter facerent, aufugit; junior vero Antigonus cum ſuis ſororibus Romam deportabatur.

ὁκ ἐ ὁδῷ ἀφαδιδράσκει, σὺ δὲ ταῖς ἀδελφαῖς ὁ νεώτερος Ἀντίγονος εἰς Ῥώμην ἀκομίζετο.

VI.

CAP. VIII.

Alexander Ariſtobuli filius, qui Pompejum fugerat, bellum movet Hyrcano, & à Gabinio victus caſtella ei tradit: dein Ariſtobulus, Roma elapſus, exercitum colligit, & à Romanis victus Romam perducitur. Ad hæc & alia quædam de Gabinio & Craſſo & Caſſio.

ΚΕΦ. η'.

5'.

Ἀλέξανδρος ὁ Ἀριστοβούλου, ἀποδρὰς Πομπηίου, πολεμεῖ Ὑρκανῷ, ὑπὸ ᾧ Γαβινίου ἡττηθεὶς τὰ φρούρια αὐτῷ παραδίδωσιν· ἔπειτα Ἀριστόβουλος ἀποδρὰς ἐκ Ῥώμης στρατιὰν ἀθροίζει, κ ὑπὸ τ Ρωμαίων νικηθεὶς εἰς Ῥώμην ἀνάγεται. ἔτι κ ἄλλά τινα περὶ Γαβινίου κ Κράσσου κ Κασσίου.

Scauri in Parthiam expeditio. Antt. p. 616.

INterea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant *omnia* depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens *victui* neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi *ei* familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

ΚΑΝ τούτῳ Σκαῦρος, εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐμβαλών, τῆς μὲν Πέτρας εἴργεται ταῖς δυσχωρίαις· ἐπάρδει δὲ καὶ τὰ περὶ Πέλλαν, καὶ τούτῳ δὲ κακοπαθῶν. ἐλίμωττε γὰρ ἡ στρατιά, καὶ πρὸς τοῦτο Ὑρκανὸς ἐπεβοήθει δι' Ἀντιπάτρου ταπιτήδεια πέμπων, ὃν καὶ καθίστη Σκαῦρος ὅτε σωίδη πρὸς Ἀρέταν, ὅπως ὀπὶ χρήμασι ἀφαλύσαιτο τὸν πόλεμον. ᵃ πείθεται δ' ὁ Ἀραψ τριακόσια δοῦναι τάλαντα, καπὶ τούτοις Σκαῦρος ἐξῆγε τῆς Ἀραβίας δύναμιν.

Alexander bellum parat Romanis. Antt. p. 616.

2. Alexander autem, qui *unus* ex Ariſtobuli liberis è Pompeji manibus elapſus eſt, progreſſu temporis magno exercitu coacto, infeſtus erat Hyrcano, & Judæam incurſabat; & celeriter eum deturbaturus eſſe videbatur, qui & jam Hieroſolyma accedens dejectum à Pompejo murum inſtaurare audebat, niſi Gabinius, Scauri ſucceſſor miſſus in Syriam, tum in multis aliis rebus præclare ſe fortiterque geſſiſſet, tum in Alexandrum expeditionem feciſſet. Hujus autem adventu ille perterritus, militum etiam numerum ita augebat, ut facti eſſent decies mille pedites, & mille quingenti equites; & loca opportuna muris muniebat, Alexandriumque & Hyrcanium, & Machærunta apud montes Arabiæ.

Gabinius in Syriam miſſus. Antt. p. 616.

Β'. Ὁ δ' ἀποδρὰς τ Ἀριστοβούλου παίδων Πομπηίου Ἀλέξανδρος, χείρωσιν ἀγόντων χεῖρα συχνὴν, βαρὺς ἦν Ὑρκανῷ, καὶ τ Ἰουδαίαν κατέτρεχεν· ἐδόκει δ' ἂν ταχέως καταλῦσαι αὐτὸν, ὃς γε ἤδη κ ὃ ᵇ καταῤῥιφθὲν ὑπὸ Πομπηίου τεῖχος ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνακτίζειν ἐπῆρτο προθύμως, εἰ μὴ Γαβινίῳ εἰς Συρίαν πεμφθεὶς ᶜ Σκαύρου διάδοχος, τά τε ἄλλα γενναῖον ἀπέδειξεν ἑαυτὸν ἐν πολλοῖς, καὶ ἐπ' Ἀλέξανδρον ὥρμησεν. ὁ δὲ δείσας τὴν τ ἔφοδον δύναμίν τε πολὺν συνέλεγεν, ὡς γενέσθαι μυρίους μὲν ὁπλίτας, χιλίους δὲ καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς· καὶ τὰ ἐπιτήδεια τ χωρίων ἐτείχιζεν, Ἀλεξάνδρειόν τε καὶ Ὑρκάνιον, καὶ Μαχαιροῦντα τοῖς τῶν Ἀραβίων ὄρεσι.

Obviam it Alexandro. Antt. p. 616.

3. Atqui Gabinius, Antonio cum parte copiarum præmiſſo, ipſe cum toto exercitu ſequebatur. Delecti autem Antipatri comites, aliaque Judæorum manus, quibus præerant Malichus & Pitholaus, cum ſeſe Marci Antonii ducibus junxiſſent, obviam ibant Alexandro; & non multo poſt una cum * gravi armatura aderat Gabinius. Verum Alexander, quod hoſtium copias in unum collatas ſuſtinere non poterat, *inde* diſcedit; cumque Hieroſolymis appropinquaret, coactus eſt prælio decertare, acieque ſex millibus amiſſis, quorum tria quidem millia ceciderunt, tria vero millia capta ſunt, cum reliquis fugit in Alexandrium.

Prælio eum ſuperat. Antt. p. 616.

Γ'. Γαβίνιος δὲ μὲν μέρος τ στρατιᾶς Μάρκου Ἀντωνίου προπέμψας, αὐτὸς εἵπετο τ ὅλην ἔχων δύναμιν. οἱ δὲ περὶ Ἀντίπατρον ὁπίλεχοι, καὶ ὅ ἄλλο τάγμα τ Ἰουδαίων, ὧν Μάλιχος ἦρχε κ Πιθόλαος, συμμίξαντες τοῖς περὶ Μάρκον Ἀντώνιον ἡγεμόσιν, ὑπήντων Ἀλεξάνδρῳ. κ μετ' ὀλίγον παρῆν ἅμα τῇ φάλαγγι Γαβίνιος. ἐνεμβύνη δὲ τ τῶν πολεμίων δύναμιν ὐκ ὐσομένας Ἀλέξανδρος ἀνεχώρει, καὶ πλησίον ἤδη Ἱεροσολύμων γενόμενος ἀναγκάζει συμβαλεῖν, κ κτείνει τ μάχῃ ἑξακισχιλίους ἀποβαλὼν, ὧν τρισχίλιοι μὲν ἔπεσον, τρισχίλιοι δὲ ἐζωγρήθησαν, φεύγει σὺν τοῖς καταλαφθεῖσιν ᵈ εἰς Ἀλεξάνδρειον.

Alexandrium oppugnat. Antt. p. 616.

4. Gabinius autem ubi Alexandrium venit, cum multos *pro loco* caſtra metatos eſſe deprehendiſſet, promiſſa delictorum venia conabatur eos ante prælium ad ſe pertrahere. Cum autem illi nihil mediocre ſentirent, pleriſque interfectis reliquos in caſtellum concluſit. In

Δ'. Γαβίνιος δὲ πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρειον ἐλθὼν, ἐπειδὴ πολλοὺς εὗρεν ἐστρατοπεδευμένους, ἐπειρᾶτο συγγνώμης ὑποσχέσει τοὺς ἡμαρτημένων, πρὸ μάχης αὐτοὺς προσαγαγέσθαι. μηδὲν δὲ μέτριον ᵉ φρονοῦντων ἀποκτείνας πολλοὺς, τοὺς λοιποὺς κατέκλεισεν εἰς τὸ ἔρυμα. κατὰ τοῦτον

ᵃ Hinc antiquus & inſignis ille denarius gentis Æmiliæ in quo ſupplex Aretas cameli frænum læva apprehendit, arboris thuriferæ ramum dextra porrigit; cum inſcriptione, M. SCAURUS ÆD. CUR. EX S. C. & infra, REX ARETAS. *Aldr.* ᵇ Ita in aliquot *MSS.* καταῤῥιφὲν in *Aliis Editiſque.* ᶜ Piſoni conſuli jam deſponſam Syriam ademit Cicero. *Ep. ad Atticum* I. 15. Itaque Scauro ſenatus ſucceſſorem dedit Marcium Philippum, & illi Marcellinum Lentulum, ambos prætorios. Uterque biennio, quo provinciæ præfuit conflictatus eſt cum Arabibus, ex vicino infeſtantibus: quæ cauſa fuit ut poſthac in Syriam mitterentur Proconſules Conſulari poteſtate. quorum primus Gabinius cum exercitu in eam profectus eſt. *Appian. in Syr.* p. 119, 120. Antonium ad militiam capeſſendam invitavit Gabinius, at is abnuit privatum ſecuturum ſe, ſed delata ſibi equitum præfectura ſecutus eſt. *Plut. in Anton. Aldr.* Vide *Montacutium* in *Apparat.* p. 148. & in *Exercit.* p. 275. ut & *Noriſium* in *Diſſ.* 2. ad *Cenotaph. Piſan.* p. 232. &c. ᵈ Illa εἰς Ἀλεξάνδρειον deſunt *Voſſ.* & *Big.* nec ea agnoſcit *Ruf.* ᵉ Φρονοῦντων *Bod.* * Vide ad p. 666.

ᵃ Ita

ζώτην ἀριστεύει τ̃ μάχῃ ὁ ἡγεμὼν Μάρκος Ἀντώνιος, πανταχῇ μὲ[a] γενναῖος φανείς, ὑδαμῇ δ' ὅτως. Γαβίνιος δὲ, τὰς ἐξωρήσοντας ὅ φρούριον καθαλιπὼν, αὐτὸς [b] ἀπῆλθ, τὰς μὲ ἐπορθήτους πόλεις καθιστάμενος, τὰς δὲ κατεσκαμμένας ἀνακτίζων. συνεπολίσθησ γῶν, τότε κελεύσαντος, Σκυθόπολίς τε καὶ Σαμάρεια, καὶ Ἀνθηδὼν, καὶ Ἀπολλωνία, καὶ Ἰάμνεια, καὶ Ραφία, καὶ Μάρισά τε καὶ [c]Ἀδώρεος, καὶ [d]Γάμαλα, καὶ Ἄζωτος, ἄλλαι τε πολλαὶ, τ̃ οἰκητόραν ἀσμένως ἐφ' ἑκάστην συρρεόντων.

ε'. Μετὰ δὲ τ̃τον ἐπιμέλεσθαι ἐπανελθὼν τρὸς ὅ Ἀλεξάνδρειον, ἐπέρρωσε τ̃ πολιορκίαν· ὡς τε Ἀλέξανδρος, ἀπογνὺς περὶ τ̃ ὅλων, ὑπεκηρυκεύετο τρὸς αὐτὸν, συγγνωσθῆναί τε τ̃ ἡμαρτημένων δεόμενος, καὶ τὰ συμμένοντα φρούρια παραδιδούς, [e]Υρκάνιον καὶ Μαχαιροῦντα. αὖθις δὲ καὶ ὅ Ἀλεξάνδρου συνεχείρισεν. ἃ πάντα Γαβίνιος, [f]συναγόντος τ̃ Ἀλεξάνδρου μητρὸς, κατέσκαψεν, ὡς μὴ πάλιν ὁρμητήριον γένοιτο δευτέρου πολέμου. παρῆν δὲ, μελλησμένη τ̃ Γαβίνιον, καὶ δέος τ̃ ὑπὲ τ̃ Ρώμης αἰχμαλώτων, τ̃ τε ἀνδρὸς καὶ τ̃ ἄλλων τέκνων. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς Ιεροσόλυμα Γαβίνιος Υρκανὸν καταγαγὼν, καὶ τ̃ τ̃ ἱερᾶ τροστάτης καὶ δημονίαν αὐτῷ, καθίστησι τ̃ ἄλλου πολιτείαν ὑπὸ τροστασίᾳ τ̃ ἀείστων· διεῖλε δὲ πᾶν ὅ ἔθνος εἰς πέντε συνόδους, ὅ μὲ Ιεροσολύμοις τροστάξας, ὅ δὲ [g]Γαδάρεως, οἱ δ' ἵνα συντελῶσιν εἰς Αμαθοῦντα, ὅ δὲ τέταρτον εἰς Ιερειχοῦντα κεκλήρωτο, καὶ [h]ᾧ πέμπῳ [i]Σέπφωρις ἀπεδείχθη πόλις τ̃ Γαλιλαίας. ἀσμένως δὲ τ̃ ἐξ ἐνὸς ὑπηκρατείας ἐλευθερωθέντες, ὅ λοιπὸν ἀριστοκρατείᾳ διῳκοῦντο.

ς'. Μετ' ὀ πολύ γε μὴν αὐτοῖς ἀρχὴ τ̃ θορύβων Ἀριστόβουλος, ἀποδρὰς ἐκ Ρώμης, ὃς αὖθις πολλοὺς Ιουδαίων ὑπεσυνίστη, τοὺς μὲ ὑπεθυμοῦντας μεταβολῆς, τοὺς δ' ἀγαπῶντας αὐτὸν πάλαι. καὶ ὅ μὲ τρῶτον καλαλαβόμενος ὅ Αλεξάνδρειον, ἀνατειχίζειν ἐπειρᾶτο. ὡς δὲ Γαβίνιος ὑπὸ Σισέννᾳ καὶ Ἀντωνίῳ καὶ Σερουιλίῳ στρατὸν ἔπεμψεν ἐπ' αὐτὸν, γνοὺς ἀνεχώρει ὑπὲ Μαχαιροῦντος· καὶ τ̃ μὲ ἄχρηστον ὄχλον ἀπεφορτίσατο, μόνους δ' ἐπήγετο τοὺς ὡπλισμένους, εἶναι ὄντας [k]εἰς ὀκτακισχιλίους, ὑφ' οἷς καὶ Πειθόλαος ἦν ὁ [l]ἐξ Ιεροσολύμων ὑποστράτηγος ἀθροίσας μὲ χιλίους. Ρωμαῖοι δ' ἐπηκολούθουν, καὶ γενομένης συμβολῆς μέχρι πολλοῦ μὲ οἱ περὶ τ̃ Ἀριστόβουλον διεκαρτέρουν γενναίως ἀγωνιζόμενοι· τέλος δὲ βιασθέντες ὑπὸ τ̃ Ρωμαίων, πίπτουσι μὲν πεντακισχίλιοι, περὶ δὲ δισχιλίους ἀνέφυγον εἰς τινα λόφον, οἱ δὲ λοιποὶ χίλιοι σὺν Ἀριστοβούλῳ, διακόψαντες τ̃ φάλαγγα τ̃ Ρωμαίων, εἰς Μαχαιροῦντα συνελαύνουσι. ἔνθα δὲ τ̃ πρώτην ἑσπέραν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐρυμνοῖς ἐναυλισάμενος, ἐν ἐλπίσι μὲν ἦν ἄλλην συναθροίσειν δύναμιν, ἀνοχὴν δ' ὅ πολέμου διδόντος, καὶ ὅ φρούριον [m]κακῶς ὠχύρου. τροαισθόμενοι δὲ Ρωμαῖοι, ὅτι δύο ἡμέρας ἀντοχὰν ὑπὲρ δύναμιν, ἁλίσκετο, καὶ

hoc prælio ſtrenue ſe geſſit dux Marcus Antonius, qui quidem ubique *vir* fortis apparuit, ita vero nuſquam. Tum Gabinius, relictis qui caſtellum expugnarent, ipſe diſceſſit, & urbes quidem non vaſtatas in meliorem ſtatum redigit, ſubverſas vero inſtaurat. Itaque juſſu ejus habitari cœperunt Scythopoliſque & Samaria, & Anthedon, & Apollonia, & Jamnia, & Raphia, itemque Mariſſa & Adoreus, & Gamala, & Azotus, aliæque multæ, incolis libenter admodum in eas confluentibus.

M. Antonii elogium. Ant. p. 616.

Urbes aliquot everſas inſtaurari jubet Gabinius. Ant. p. 616.

5. Poſtquam vero iſta ita curaverat, reverſus ad Alexandrium *vehementius* urgebat obſidionem: adeo ut Alexander, *diffidens &* deſperans rebus ſuis omnibus, legatos ad eum mitteret, & peccatorum veniam petens, & de caſtellis quæ permanebant tradens Hyrcanium & Machærunta. quin & poſtea Alexandrium ei dedidit. Quæ omnia Gabinius funditus eruit, id ſuadente Alexandri matre, ne iterum ſedes alterius belli fierent. Aderat autem, ut Gabinium obſequiis emolliret, viro ſuo cæteriſque liberis Romæ captivis metuens. At poſt hæc Gabinius, Hyrcano Hieroſolyma deducto, eique fani cura mandata, reliquum reipublicæ ita conſtituit, ut optimates rebus præeſſent; omnemque *Judæorum* gentem in quinque conventus diviſit, edixitque ut una pars Hieroſolymis, Gadaris alteta, aliique ad Amathunta convenirent, quarta vero pars Hierichunta ſortita eſt, quintæque Sepphoris Galilææ civitas aſſignata eſt. Atque *ita* libenter unius dominatione liberati in poſterum ab optimatibus regebantur.

Alexandrium & alia caſtella diruit. Ant. p. 617.

Judæorum regiminis mutatio. Ant. p. 617.

6. Cæterum non multo poſt illis *novos* tumultus creat Ariſtobulus, Roma elapſus, qui, multos Judæorum rurſus coëgit, partim quidem qui mutationis cupidi erant, partim vero qui illum olim dilexerant. Et primum quidem Alexandrio occupato, id reficere tentabat. ubi autem Gabinius adverſus eum miſit exercitum, ducibus Siſenna & Antonio & Servilio, ea re cognita in Machærunta concedit: & turbam quidem inutilem *illic* excuſſit, ſolos vero armatos ſecum ducebat, ad octo fere millia, in quibus & Pitholaus erat, qui Hieroſolymis legatus cum mille hominibus ad eum perfugit. Romani autem ſequebantur, commiſſoque prælio, aliquandiu cum ſuis Ariſtobulus fortiter dimicando perſeverabat: at tandem vi Romanorum ſubacti ad quinque millia ceciderunt, & duo circiter millia in tumulum quendam confugerunt; mille vero reliqui cum Ariſtobulo, perrupta Romanorum acie, in Machærunta ſe recipere coacti ſunt. ubi rex, cum in ruinis prima veſpera tetendiſſet, fore ſperabat ut alias copias, ceſſante aliquantiſper bello, contraheret; & caſtellum male muniebat. Impreſſionem vero facientibus Romanis, cum duos dies ſupra vires reſtitiſſet, captus eſt, & cum Anti-

Ariſtobulus, Roma elapſus, res novas moliitur. Ant. p. 617.

Vincitur à Romanis. Ant. p. 617.

a Ita cum *MSS.* & *Ruf.* Γενναῖος in *Editis.* quin & γενναῖος ἀεὶ φανεὶς in nonnullis *MSS.* b Ἐπῆλθ in quibuſdam *MSS.* c Ita reſcripſi prout p. 962. Δώρεος in *Græcis* omnibus & *Dora* in *Latinis.* d Γάβαλα *Bod. Voſſ.* & *Big.* at in *Rufini* libris *Gadara.* Γάζα in *Ant.* p. 616. ibidemque ſcribitur Δῶρος καὶ Μάρισσα, & Ἀπολλωνία & Ἰάμνεια omittuntur. e *Al.* Υρκάνιον, & Υρκανίαν. f Ita *Big. Bod. Voſſ.* & *Ruf.* ἀναδοχὴς *Baſ.* & *Gen.* cum *aliis.* g Ita etiam *Ant.* p. 617. ſed *Doris* in omnibus *Rufini* exemplaribus. h Τὸ πέμπτον *Voſſ.* i Pro Σέπφωρις ἡ Γαλιλαίας eſt Σάμφορις ἡ Ιουδαίας *Ant.* p. 617. v. 15. Erat enim Galilæa, Judææ proprie dictæ pars, *Plin.* V. 14. צפור quæ vulgo Sepphoris, *Joſepho* hoc uno in loco (niſi me fallit memoria) Σάμφορις dicitur. *Ptolemæo* quoque V. 16. Σαμφορείς, non ut perperam excuſum eſt Καμφορείς. Eadem prorſus ratione qua צפרה *Exod.* II. 21. Σεμφορή. תבקוק Αμβακὺμ aliaque id genus. *Aldr.* k Ὡς *Bod.* quod videtur legiſſe *Ruſinus.* eſtque ὡσεὶ μ'. *Ant* p. 617. l Voculam ἐξ non agnoſcit *Bod.* οἱ Ιερεσ. *Ant.* p. 617. m Κακῶς ὠχύρου *Bod.* καλῶς ὀχυροῦν *Ruſin.*

Romam remittitur Ariſtobulus. Antt. p. 617.

Antigono filio, qui ſimul Roma profugerat, vinctus ad Gabinium adductus eſt, iterumque Romam à Gabinio *mittitur*. Et hunc quidem ſenatus in carcerem inclusit, ejus vero liberos in Judæam tranſmittebat, propterea quod Gabinius literis ſignificarit, id ſe Ariſtobuli conjugi pro traditione caſtellorum ſpoſpondiſſe.

Ejus liberi Roma dimiſſi. Antt. p. 618.

Gabinium in Ptolemæo reducendo adjuvat Antipater. Antt. p. 618.

7. Gabinio autem, cum bellum Parthis inferre properaret, impedimento erat Ptolemæus; quem, reverſus ab Euphrate, in Ægyptum reducebat, Hyrcano & Antipatro uſus ad neceſſaria omnia in expeditionem ſuppeditanda. nam & pecunias & arma & frumentum & auxilia ad eum adducebat Antipater: & Judæis in ea parte, qui cuſtodes erant aditum juxta Peluſium, tranſmittere Gabinium perſuaſit. Cum autem alia Syria ad diſceſſum Gabinii commota eſſet, Judæos etiam iterum ad defectionem impulit Alexander Ariſtobuli filius,

Alexander turbas concitat. Antt. p. 618.

maximiſque conflatis copiis, omnes in ea regione Romanos perimendi impetum cepit. Quam rem Gabinius veritus (jam enim ex Ægypto redierat eò turbis iſtis impulſus) ad quoſdam è defectoribus præmiſſo Antipatro in contrariam ſententiam eos adduxit. Verum cum Alexandro manſerunt triginta *Judæorum* millia; & ille bellandi deſiderio tenebatur: *adeoque ad pugnam egreditur. atque *hoſtibus* obviam ibant Judæi, & apud montem Ita-

Superatur à Gabinio. Antt. p. 618.

byrium congreſſi ad decem quidem millia ſternuntur: cætera vero multitudo fuga diſſipata erat. Et Gabinius, Hieroſolyma profectus, ex Antipatri ſententia rerum ſtatum ordinavit. Hinc digreſſus & Nabatæos prælio ſuperat, & Mithridatem & Orſanem Parthorum perfugas clam quidem dimittit, militibus vero dicebat quod aufugerint.

μετ' Ἀντιγόνου τοῦ παιδὸς, ὃς ἐκ Ῥώμης αὐτοῦ συναπέδρα, δεσμώτης [a]ὑπὸ Γαβίνιον ἀνήχθη, καὶ ἐκ Γαβινίου πάλιν εἰς Ῥώμην. τοῦτον μὲν οὖν ἡ σύγκλητος ἔφξε, τὰ τέκνα δ' αὐτοῦ δῆγεν εἰς Ἰουδαίαν, Γαβινίου δ' ὑπὸ γόλων ἀπολύσαντος, τῇ Ἀριστοβούλου γυναικὶ τοῦτο ἀντὶ τοῦ χειρώσεως τὴν ἐρυμάτων ὁμολογηκέναι.

ζ'. [b]Γαβινίῳ δ' ὑπὸ Πάρθων ὁρμημένῳ στρατεύειν ἐπὶ Πτολεμαῖον ἐμπόδιον [c]ἦν, ἐπιστρέψας ἀπ' Εὐφράτου, κατῆγεν εἰς Αἴγυπτον, ὑπηρετοῦντος εἰς ἅπαντα χρήμασι καὶ τῇ στρατιᾷ Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιπάτρῳ. καὶ γὰρ χρήματα, καὶ ὅπλα, καὶ σῖτον, καὶ ὑπομνήσεις ὁ Ἀντίπατος ἐπεσήγε· καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ Ἰουδαίᾳ, φρουροῦντας τὰς κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολὰς, παρῆσαν Γαβίνιον ἔπεισε. τῆς δ' ἄλλης Συρίας ἐπὶ τῇ Γαβινίου χωρησάσης καθεύσης, καὶ Ἰουδαίους πάλιν ἀπέστησαν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀριστοβούλου· μεγίστην δὲ συγκροτήσας δύναμιν, ὥρμητο πάντας τοὺς κατὰ τὴν χώραν Ῥωμαίους ἀνελεῖν. ἐπὶ ὃ Γαβίνιος δείσας, ἤδη δὲ παρὼν ἀπ' Αἰγύπτου τοῖς τῇδε χωρίοις ἐπεσταλμένος, ὑπό τινας μὲν τῶν ἀφεστώτων Ἀντιπάτου πέμψας μετέπεισε. συνέμιξαν δὲ Ἀλεξάνδρῳ τρεῖς μυριάδες, καὶ κἀκεῖνος ὥρμητο πολεμεῖν· [d]ὕστερον ἔξιον ἐπὶ μάχην. ὑπήντων δ' οἱ [e]Ἰουδαῖοι, καὶ συμβαλόντων ἐπὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος, μύριοι μὲν ἀναιρῶνται· τὰ δὲ λοιπὰ πλῆθος ἐσκεδάσθη φυγῇ. καὶ Γαβίνιος, ἐλθὼν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐπὶ τὸ Ἀντιπάτρου βούλημα κατεστήσατο τὴν πολιτείαν. ἔνθεν ὁρμήσας, Ναβαταίων τε μάχῃ κρατεῖ, καὶ Μιθριδάτην καὶ Ὀρσάνην φυγόντας ἐκ Πάρθων κρύφα μὲν ἀπέπεμψε, ἐπὶ δὲ τοῖς στρατιώταις ἔλεγεν ἀποδράναι.

Craſſus in Judæam venis, & ſacras pecunias depeculatur. Antt. p. 618. 619.

Craſſi interitus. Antt. p. 618.

8. Interea Craſſus, qui venerat ut ei ſuccederet, Syriam *regendam* ſuſcipit. Ille in Parthicam expeditionem & omne aliud aurum in templo Hieroſolymitano abſtulit, & duo millia talentorum à quibus abſtinuit Pompejus. Euphratem vero cum trajeciſſet, & ipſe periit & exercitus ejus. de quibus nunc non eſt narrandi tempus.

η'. Καὶ τούτῳ Κρᾶσσος αὖθις διάδοχος ἐλθὼν ἐπελαμβάνει Συρίας. ὗτος εἰς τὴν ὑπὸ Πάρθων [f]στρατὸν, τόν τε ἄλλον ὃν ὁ Ἱεροσολύμοις ναὸς χρυσὸν πάντα συνεῖλε, καὶ τὰ δισχίλια ταλαντα ἦρεν, ὧν ἀπέσχετο Πομπήϊος. διαβὰς δὲ τὸν Εὐφράτην, αὐτός τε ἀπώλετο, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. περὶ ὧν ὁ νῦν καιρὸς λέγειν.

Caſſius reprimit Parthos, & in Judæam properat. Antt. p. 620.

9. Poſt Craſſum autem Parthos, in Syriam tranſgredi properantes, inhibuit Caſſius, qui in *iſtam* provinciam ſe fuga receperat. Ea autem occupata, in Judæam feſtinabat. Cumque Tarichæas quidem cepiſſet, Judæorum triginta circiter millia in ſervitium abducit. Quin & Pitholaum interficit, ſeditionis cum Ariſtobulo participes colligentem: necis vero ejus ſuaſor erat

Antipater unde oriundus, ejuſque liberi. Antt. p. 620.

Antipater. Huic autem, qui uxorem duxerat ex nobili quadam Arabiæ familia, nomine Cypron, quatuor naſcuntur liberi, Phaſaëlus, & Herodes *qui* poſtea rex *erat*, & præter hos Joſephus & Pheroras & filia Salome. Cum autem omnes, qui ubique potentes eſſent, ſibi conciliaret amicitia & hoſpitalitate, potiſſimum affinitate devinxit Arabum regem. Et poſtquam adverſus Ariſtobulum bellum ſuſceperat, liberos ei, apud quem deponerentur, miſit. At Caſſius, cum

Ἡρώδης, ὃς ὕστερον ἐβασίλευσε· καὶ τοὺς τούτοις Ἰώσηπος καὶ Φερώρας καὶ Σαλώμη θυγάτηρ. ἐξοικειούμενος δὲ τοὺς πανταχοῦ δυνατοὺς φιλίαις τε καὶ ξενίαις, μάλιστα προσηγάγετο τὸν Ἀράβων βασιλέα διὰ τὴν ὁπηδίαν. καὶ πολεμοῦντι τῷ πρὸς Ἀριστόβουλον ἀνείλετο πόλεμον, ἐκείνῳ συγκαταθήκην ἔπεμψε τὰ τέκνα. Κάσσιος δὲ, κατὰ συνθήκας

a Ita & *Antt.* p. 617. Quare minus recte *Dio* (l. 39. p. 117.) Gabinium ipſum in Palæſtinam eſſe profectum, Ariſtobulum comprehendiſſe, & Pompejo miſiſſe narrat; imperatoque Judæis ſtipendio inde in Ægyptum conceſſiſſe ad reducendum Ptolemæum. *Aldr.* b Confer *Antt.* p. 618. *Dionem* l. 36. p. 116. *Appianum* in *Parthic.* p. 134. & *Syriac.* p. 120. *Ciceronem* in *Orat. in Piſonem* & *Epp.* 1. 2. 5. 7. *ad Lentulum Procos.* ut & *Strabonem* l. XII. p. 558. l. XVII. p. 796. *Aldr.* c Ita lego. ὃς ὑπῆρξεν in *libris.* d Καὶ ὕστερον *Bod.* e Ἰουδαῖον *Big.* & *Voſſ.* f Ita *Big.* στρατεῖαν in *cæteris.* g Sic *Big. Bod.* & *Antt.* p. 620. v. 20. αὐτῷ *Baſ.* & *Gen.* h Ita ſcribo ex *Antt.* p. 620. v. 29. Κύπρον in *cæteris.* Vide *Baſnagii* Ann. vol. 1. p. 8. col. 2. * Mallem *atque ita ad pugnam egreditur Gabinius. Obviam autem ibant Judæi* &c. ac ſi ſcriptum eſſet, καὶ ὕστερον ἐξιοῦσι πρὸς μάχην Γαβίνιος.

a Ubi

σωθήκας ἡσυχάζειν Αλέξανδρον ἀναγκάσας, ὅπῃ τ Εὐφράτῃ ὑπίοντι, Πάρθους διαβαίνειν ἀπόξων· [a] ὅθεν οὖν ὁ ἔπειμις ἐρῶμεν.

Alexandrum pactionibus ad quieſcendum adegiſſet, ad Euphratem reverſus eſt, Parthos tranſitu prohibiturus: de quibus alibi dicemus. *Caſſius in Parthos proficiſcitur. Ant. p. 620.*

ζ. ΚΕΦ. θ'.

Αριστόβουλος ὑπὸ τ Πομπηίου φίλων ἀναιρεῖται, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Αλέξανδρος ὑπὸ Σκηπίωνος. Αντίπατρος μετὰ τ Πομπηίου πλοῦτον θεραπεύει Καίσαρα, καὶ συμμαχῶν Μιθριδάτῃ ἐν πολέμῳ ἀριστεύει.

VII.

CAP. IX.

Ariſtobulus à Pompeji amicis occiditur & filius ejus Alexander à Scipione. Antipater poſt Pompeji obitum in clientelam Cæſaris ſe confert, & auxilium fereus Mithridati præclare ſe gerit.

ΚΑῖσαρ δὲ Πομπηίου καὶ τ συγκλήτου φυγόντων ὑπὲρ [b] τ Ἰόνιον, Ῥώμης καὶ τ ὅλων κρατήσας, ἀνίησι μὲν τ δεσμῶν τ Αριστόβουλον· δίδωσι δ' αὐτῷ δύο τάγματα, καὶ τάχος ἔπεμψεν εἰς Συρίαν, ζοῦτον τε ῥᾳδίως ἐλπίσας, καὶ τὰ περὶ τ Ἰουδαίαν, δι' αὐτοῦ διοικήσεσθαι. φθάνει δὲ ὁ φθόνος καὶ τ Αριστοβούλου προθυμίαν καὶ τὰς Καίσαρος ἐλπίδας. φαρμάκῳ γὰρ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τ τῶν Πομπηίου φρονούντων, μέχρι πολλοῦ μὲν οὐδὲ ταφῆς [c] ἐν τῇ πατρῴᾳ μετέσχεν· ἔκειτο δ' ὁ [d] μέλιτι σωτηρήμενος ὁ νεκρὸς αὐτοῦ, ἕως ὑπ' Αντωνίου [e] Ἰουδαίοις ἐπέμφθη, τοῖς βασιλικοῖς μνημείοις ἐνθαφησόμενος.

Cæſar autem, cum Pompejus & ſenatus trans *mare* Ionium fugiſſent, Roma rerumque ſumma potitus, Ariſtobulum vinculis ſolvit; traditiſque ei duabus legionibus celeriter in Syriam miſit, ſpei plenus & hanc facillime & cuncta Judææ proxima per illum ſubjici poſſe. Verum & promptam Ariſtobuli voluntatem & Cæſaris ſpem *de eo conceptam* irritam reddidit invidia. nam veneno peremptus à Pompejanis, aliquandiu etiam ſepultura in ſolo patrio carebat; corpuſque ejus melle conſervatum jacebat, donec ab Antonio miſſum erat Judæis, in patriis monumentis ſepeliendum. *Cæſar vinculis ſolvit Ariſtobulum. Ant. p. 620.* *Ariſtobulus à Pompejanis veneno ſublatus. Ant. p. 620.*

β'. Ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Αλέξανδρος πελέκει ὑπὸ Σκηπίωνος ἐν Αντιοχείᾳ, Πομπηίου τοῦτ' [f] ἐπιτρέψαντος, καὶ γενομένης κατηγορίας περὶ ὧν βήματος ὢν Ρωμαίους ἔβλαψε. τοὺς δ' ἀδελφοὺς αὐτοῦ Πτολεμαῖος ὁ [g] Μιννάου παῖδα Λυσανίου, ὃς ἐκράτει τ ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ Χαλκίδος, Φιλιππίωνα τ υἱὸν ἐπ' αὐτοὺς εἰς Ασκάλωνα πέμπει. κἀκεῖνος ἀποσπάσας τ Αριστοβούλου γυναικὸς Αντίγονον, καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πρὸς τ πατέρα ἀπήγαγεν. ἀλλὰς δ' ἔρωτι γαμεῖ τ πατρῴαν, καὶ μετ' ὀλίγον τ πατρὸς δι' αὐτὸν κτείνει· γαμεῖ δὲ [h] Πτολεμαῖος τ [i] Αλεξάνδρου, ἀνελὼν τ υἱόν, καὶ λαβὼν τ γάμου [k] κηδεμονικώτερος ἦν πρὸς τὰς αὐτῆς ἀδελφάς.

Porroque filius ejus Alexander à Scipione ſecuri trucidatur Antiochiæ, idque juſſu Pompeji, inſtituta etiam in eum accuſatione pro tribunali ob ea quibus Romanos læſerat. Ejus fratres ad ſe recepit Ptolemæus Mennæi filius, qui Chalcidem ſub Libano imperio regebat, Aſcalonem ad eos miſſo Philippione filio ſuo. Atque ille Antigonum ab Ariſtobuli conjuge abſtractum, & ſorores ejus ad patrem adducebat. Captus autem amore juniorem in uxorem duxit, & poſtea à patre propter ipſam occiditur. nam Ptolemæus, filio interfecto, Alexandram in matrimonium accipit, & nuptiarum gratia majori cura dignatus eſt ejus fratres. *Alexander à Scipione occiſus. Ant. p. 620.* *Quo modo ſe geſſerit Ptolemæus erga Ariſtobuli liberos. Ant. p. 621.*

γ'. Αντίπατρος δὲ μετὰ τ Πομπηίου πλοῦτον μεταβὰς ἐθεράπευε Καίσαρα· καὶ πειθοῖ τῷ Μιθριδάτης ὁ [l] Περγαμηνός, μεθ' ἧς ἦγεν ἐπ' Αἴγυπτον δυνάμεως, ἐρημούμενον [m] τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον ἐμβολῶν, εἰς Ασκάλωνι κατέσχετο, τύχῃ τε Αραβας ξένος ὢν ἔπεισεν ὑπακοῦσαι, καὶ αὐτὸς ἦκεν ἄγων Ἰουδαίων εἰς τετραχιλίους ὁπλίτας. παρώρμησε δὲ καὶ τοὺς ἐν Συρίᾳ δυνατοὺς ὑπὲρ τ βοηθείας, [n] τῶν τ' ἐποίκων τοῦ Λιβάνου [o] Πτολεμαῖον, καὶ Ιάμβλιχον, [p] καὶ Πτολεμαῖον δι' οὓς αἱ ζύτῃ πόλεις ἑτοίμως συνεφήψαντο τοῦ πολέμου. καὶ θαρρῶν ἤδη Μιθριδάτης τῇ προσγενομένῃ δι' Αντίπατρον ἰσχύϊ, πρὸς τὸ Πηλούσιον ἐξελαύνει, κωλυόμενός τε διεξελ-

Antipater autem, poſt obitum Pompeji, mutatis partibus, Cæſari ſtudebat: & quia Mithridates Pergamenus, cum copiis quas ducebat in Ægyptum, prohibitus ab aditibus juxta Peluſium, apud Aſcalonem detinebatur, & Arabibus, apud quos hoſpes erat, perſuaſit, ut ſuppetias ei ferrent, & ipſe ſecum habens Judæorum peditum tria circiter millia ſubſidio profectus eſt. Quin & *viros* in Syria potentes ad auxilium ſuppeditandum excitavit, & ex Libani incolis Ptolemæum & Iamblichum & Ptolemæum: quibus factum eſt ut illius regionis civitates alacriter belli ſocietatem coirent. Jamque Mithridates, copiis fretus ab Antipatro adductis, Peluſium ire feſtinat; cumque per- *Antipater Cæſarem demereri ſtudet adjuvando Mithridatem. Ant. p. 621.*

---

a Ubi fidem ſuam liberaverit *Joſephus*, non ſatis ſcio. Multa ille de Caſſio, cum in hoc libro, tum *Ants.* XIV. verum omnia poſt mortem Divi Julii. Quæ Caſſius contra Parthos ante geſſit, ea ex aliis ſcriptoribus peti jubet. *Ants.* XIV. *Aldr.* Vocem ſequentem ἐρῶμεν delendam cenſeo, fretus auctoritate ipſius *Joſephi*, qui p. 620. v. 36. dicit, ὡς ἐν τῷ ἄλλῳ διηλεύσεται. *b* Ἰόνιον *Big.* *c* Ἐν τῇ πατρῴᾳ χώρᾳ in aliquot *MSS.* *d* Λάρναξι *Bod.* Verum μέλιτι habetur in *Ants.* p. 620. v. 45. Ea quidem eſt mellis natura (teſte *Plinio* in *N. H.* l. 22. c. 24. & l. 7. c. 4.) ut corpora non ſinat putreſcere. *e* Ἰουδαίοις deeſt *Bod.* *f Al.* ἐπιτελέσαντος. *g* Forſan *Μιναίου*. Vide ad p. 967. v. 20. *h* Ita in *MSS.* & *Ruf.* ὁ *Μιναίου* poſt Πτολεμαῖος addunt *Baſ.* & *Gen.* *i* Αλεξάνδρᾳ in pleriſque *MSS.* *k* Αὐτὸς poſt κηδεμονικώτερος adjiciunt *Big. Bod.* & *Voſſ.* *l* Supple ἐπιτυχὼν κομίζων ex *Ants.* p. 621. v. 17. *m* Ita lego cum *MSS.* favente nonnihil *Joſepho* in *Ants.* p. 618. v. 11. ut & *Epiphanio*, qui vertit, *ab acceſſu Peluſii prohibitus.* antea erat ὑπὸ τ καὶ τὸ Πηλούσιον ἐμβολῶν, i.e. *à navibus* (prout verba interpretatur Cl. *Aldrichius*) *quæ ad Peluſium erant.* id quod firmare nititur ex *Dione* l. XXXIX. p. 204. C. & *Strabone*, l. XIII. p. 625. A. & *Hirtio*, l. *de Bello Alex.* c. 26. *n* Ita *Bod.* & recte, ut pronunciat *Aldrichius*, ex *Ants.* p. 621. v. 23. in *ceteris* ἀπῆσαν. *o* Θολεμαῖον *Ants.* p. 621. v. 24. & fortaſſe melius. Apud Hebræos טולמיים & תלמי, apud Arabas بطليوس & ثلماي occurrunt. Quæ ſi non ſint diverſa nomina, ſcribendi tamen diverſitas hoc in loco perſpicuitatem parit. Sicut itaque *Joſephus* in *Ants.* p. 621. Ιάμβλιχός τε ὁ δυνάστης τῷ Πτολεμαίῳ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ Θολεμαῖος ὁ Σοίμου ſcripſit; ita & hoc loco Θολεμαῖον καὶ Ιάμβλιχον ἐ Πτολεμαῖον ſcribi expedit: niſi mavis autore *Ruſino* ſcribere Πτολ. καὶ Ιαμ. ἐ Πτολεμαῖον ἄλλον. *Aldr.* *p* Ita *Big.* & *Voſſ.* καὶ Πτολεμαῖον deerant *Baſ. Gen.* & *Bod.* Πτολεμαῖον ἄλλον juxta *Ruſinum.*

a Poſt

Antipatri factum egregium. Ant. p. 622.

pertranſire trajectu prohiberetur, urbem obſidebat. At Antipater in hac oppugnatione gloriam inſigniſſimam adeptus eſt. nam cum muri, quà is erat, partem diffregiſſet, primus in urbem cum ſuis inſiluit.

Poſtea in Ægypto præclare ſe geſſit. Ant. p 621.

4. Et Peluſium quidem captum eſt: eos vero ulterius euntes rurſus prohibebant Ægyptii Judæi, regionem quæ Oniæ dicebatur incolentes. Verum iis perſuaſit Antipater, non modo ne obſtarent; ſed etiam ut copiis neceſſaria præberent. Unde factum eſt, ut nec ii qui circa Memphin erant manus conſererent, ſed ultro ſeſe traderent Mithridati. Atque ille, cum Delta circuiviſſet, pugnam cum cæteris Ægyptiis commiſit, in loco qui Judæorum Caſtra appellatur: cumque in periculo eſſet in acie cum omni dextro cornu, Antipater, fluminis ripam circumgreſſus, eum liberavit. ille enim cum lævo cornu ſibi oppoſitos *jam* ſuperaverat. Dein facto in eos impetu, qui Mithridatem perſequerentur, & multos occidit & reliquos eouſque fugientes egit, donec caſtra illorum ceperit. De ſuis autem octoginta tantum amiſit, at Mithridates dum fugeret octingentos. Ille vero, præter ſpem ſervatus, teſtimonium apud Cæſarem abſque omni invidia perhibet, de rebus ab Antipatro præclare geſtis.

Amplum de eo apud Cæſarem teſtimonium perhibet Mithridates. Ant. p. 622.

5. Unde ille tunc quidem Antipatrum, & ſpe & laudibus *incitatum*, ad ſubeunda pro ſe pericula promptiorem reddidit. in quibus omnibus cum bellator fuerit audaciſſimus, & multa toto fere corpore vulnera acceperit, habebat quibus fortitudinem *ſuam* oſtentaret. Poſt autem cum res in Ægypto ordinaſſet *Cæſar*, in Syriam reverſus eum & Romana civitate donavit & immunitate: fecitque, & aliis honoribus eum augendo & amiciſſime tractando, ut ipſi *invideretur; atque ejus inſuper gratia pontificatum confirmavit Hyrcano.

Antipater à Cæſare honoribus auctus. Ant. p. 622.

θεῖν, ἐπολιόρκει τ̄ [a] πόλιν. ἔνθ δὲ καὶ τῇ προσβολῇ ἀξιοσημότατος Ἀντίπατρος. ὃ γὰρ καθ' αὑτὸν μέρος τ̄ τείχους ἀπορρήξας, πρῶτος εἰσεπήδησεν εἰς τὴν πόλιν μ̄ τ̄ σὺν αὐτῷ.

δ'. Καὶ Πηλούσιον μ̄ ἑάλω. πρόσω δ' αὐτὸς ἰόντας, εἶργον αὐτῆς οἱ τ̄ Ονίου προσαγορευομένην χώραν [b] κατέχοντες [c] Ἰουδαῖοι Αἰγύπτιοι. τούτους [d] δὲ Ἀντίπατρος ὐ μόνον μὴ κωλύειν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῇ δυνάμει προσφέρειν. ὅθεν ὐδ' οἱ κατ̄ τ̄ Μέμφιν ἐπ εἰς χεῖρας ἦλθον, ἑκούσιοι δὲ προσέθεντο Μιθριδάτῃ. καὶ κεῖνος ἤδη τὸ Δέλτα περιελθών, [e] συνέβαλλε τοῖς λοιποῖς Αἰγυπτίοις εἰς μάχιμον χ̄ χῶρον, ὃς Ἰουδαίων στρατόπεδον καλεῖται. κινδυνεύοντα δὲ αὐτὸν ὁ τῇ παρατάξει, σὺν ὅλῳ τῷ δεξιῷ κέρατι, ῥύεται περιελθὼν Ἀντίπατρος παρὰ τ̄ αἰγιαλὸν ᾗ ποταμῷ. τ̄ γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἐκράτει ὁ λαὸν ἔχων κέρας. ἔπειτα προσπεσὼν τοῖς διώκουσι Μιθριδάτην, ἀπέκτεινέ τε πολλούς, καὶ μέχρι τοσούτου τὸν καταλειπόμενος ἐδίωξεν, ἂς καὶ ὁ στρατόπεδον αὐτῶν ἑλεῖν. [f] ὀγδοήκοντα δὲ μόνους τ̄ ἰδίων ἀπέβαλε, καὶ Μιθριδάτης ὁ τῇ τρυπῇ περὶ ὀκτακοσίους. σωθεὶς δ' αὐτὸς πρὸς [g] ἐλπίδα, μάρτυς ἀδάσκαλος γοῦν πρὸς Καίσαρα τ̄ Ἀντιπάτρου κατορθωμάτων.

ε'. Ὁ δὲ τότε μὲν ἀνὴρ, τοῖς ἐπαίνοις καὶ ταῖς ἐλπίσιν, εἰς τοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ κινδύνους ἐπέρρωσεν. ὁ οἷς πᾶσι προσβολώτατος [h] ἀγωνιστὴς γενόμενος, καὶ πολλὰ τρωθεὶς [i] καθόλου χρόνου τὸ σώματος, ἔσχε τὰ σημεῖα τῆς ἀρετῆς. αὐτὸς δὲ καταστησάμενος τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ὡς [k] ἐπανῆκεν εἰς Συρίαν, πολιτείᾳ τε αὐτὸν τῇ Ρωμαίων ἐτίμησε καὶ ἀτελείᾳ, τῆς τε ἄλλης τιμῆς καὶ φιλοφρονήσεως ἔσχεν ζηλωτὸν ἐποίησε, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην δὲ δι' αὐτὸν ἐπεκύρωσεν Ὑρκανῷ.

VIII. **CAP. X.**

ΚΕΦ. ι'. ιη'.

Antipatrum Judææ procuratorem facit Cæſar, & Antipater Hieroſolymis præficit Phaſaëlum, & Herodi ſummam in Galilæa poteſtatem mandat; qui non multo poſt in judicium vocatur & abſolvitur. Sexto Cæſari à Baſſo inſidiis peremptо ſuccedit Marcus.

Αντίπατρον ἐπίτροπον Ἰουδαίας ἀποδείκνυσι Καῖσαρ, Αντίπατρος δὲ Ἱεροσολύμων στρατηγὸν καθίστησι, Φασαήλον, καὶ τ̄ Γαλιλαίας ἔπαρχον Ἡρῴδην· ὃς μετ' ὀλὺ εἰς κρίσιν καλεῖται καὶ ἀπολύεται. Σέξτον Καίσαρα ὑπὸ Βάσσου δολοφονηθέντα διαδέχεται Μάρκος.

Antigonus accuſat Hyrcanum & Antipatrum. Ant. p. 622.

SUB idem autem tempus & Antigonus Ariſtobuli filius, cum ad Cæſarem veniſſet, in cauſa erat præter opinionem quod Antipater plus auctoritate valeret. nam cum oportuerit eum patris fortunam deplorare, qui veneno ſublatus videbatur ob inimicitias quæ illi cum Pompejo interceſſerant, & queri de Scipionis in fratrem crudelitate, nihilque quod invidiam moveret adhibere dum miſericordiam implorat, ille in medium prodiens præterea Hyrcanum & Antipatrum accuſabat, ac ſi ipſum quidem iniquiſſime cum fratribus ſuis omni de terra patria abegiſſent, multiſque

Κατὰ ταυτὸ δὲ καὶ Αντίγονος ὁ Αριστοβούλου, πρὸς Καίσαρα παρὼν, γίνεται παραδόξως Αντιπάτρῳ μείζονος προκοπῆς αἴτιος. δίον γοῦν [m] ἀποδύρεσθαι πρέπει τὸν πατρὸς περφαρμάχθαι δοκοῦντος ὑπ̄ τ̄ πρὸς Πομπήϊον διαφορῶν, καὶ περὶ τὰδελφῶν τὴν Σκιπίωνος ὠμότητα μέμφεσθαι, καὶ μηδὲν εἰς ἔλεον προσμίξαι φθονερὸν πάθος, ὁ δ' ὅπι τούτοις Ὑρκανῷ καὶ Αντιπάτρῳ κατηγόρει παρελθὼν, ὡς προνομώτατα μὲν αὐτὸν μ̄ τ̄ ἀδελφῶν πάσης [n] ἀπελαύνοιεν τ̄ πατρίου γῆς, πολλὰ δ'

[a] Poſt πόλιν in *Baſ.* & *Gen.* redundabat μ̄ τ̄ σὺν αὐτῷ. quæ ejicienda eſſe curavi auctoritate *Big. Bod. Voſſ. Ruf.* & *Ant.* p. 621. v. 26. [b] Iterum poſt κατέχοντες habemus ἴσως ϳ in *Baſ.* & *Gen.* contra *Big. Bod. Voſſ.* & *Ruf.* [c] Ita *Ruf.* & in *Ant.* p. 621. v. 30. antea erat Ἰουδαίοις τ̄ Αιγύπτιοις. [d] Illud ϳ ex *Big. Bod. Voſ.* & *Ant.* p. 621. v. 32. [e] Συμβάλλει in aliquot *MSS.* [f] Πεντήκοντα in *Ant.* p. 622. v. 4. [g] Ita *Big.* & *Voſſ.* ἐλπίδας in cæteris. [h] Ὠφθεὶς ἀγωνιστὴς *Bod.* [i] Ἐφ' ὅλῳ χρόνου *Big. Bod. Voſ.* & *Lipſ.* [k] Ἐπανῆλθε *Bod.* [l] Κατ' αὐτὸ *Big. Voſ.* & *Bod.* [m] Ἀποδύεσθαι in *iiſdem MSS.* [n] Ἀπελαύνει τ̄ πατρίου γῆς, vel ἀπελαύνοιεν τ̄ πατρίου γῆς in *MSS.* * *Al.* ut eum beatum prædicarent.

δ' εἰς τὸ ἔθνος αὐτοῦ αἰφνίδιον ἐξυβρίζοιεν· καὶ ὅτι τὴν εἰς Αἴγυπτον συμμαχίαν, οὐκ [a]ἐπ' εὐνοίᾳ αὐτῷ πέμψειαν, ἀλλὰ κατὰ δέος τῶν πάλαι [b]διαφορῶν, καὶ τὴν πρὸς τὸν Πομπήϊον φιλίαν ἀποσκευαζόμενοι.

β'. Πρὸς ταῦτ' ὁ Ἀντίπατρος ἀπορρίψας τὴν ἐσθῆτα, τὸ πλῆθος ἐπεδείκνυε τῶν τραυμάτων, καὶ περὶ μὲν τῆς εἰς Καίσαρα εὐνοίας, οὐκ ἔφη λόγου δεῖν αὐτῷ, κεκραγέναι γὰρ τὸ σῶμα σιωπῶντος· Ἀντιγόνου δὲ θαυμάζειν τὸ τόλμαν, εἰ πολεμίου Ῥωμαίων υἱὸς ὢν καὶ Ῥωμαίων δραπέτης, καὶ τὸ νεωτεροποιὸς εἶ καὶ στασιώδης αὐτὸς πατρῷον ἔχων, ἐπὶ τῷ Ῥωμαίων ἡγεμόνι κατηγορεῖν ἐπιχείρηκεν ἑτέρων, [c]καὶ πλεονεκτεῖν τυχεῖν ἀγαθοῦ τινος, δέον ἀγαπᾶν ὅτι ζῇ. καὶ δι' ὃν ἐφίεσθαι πεπλάσται τὸν τοῦτον [d]δι' ἀπορίαν, ἀλλ' ἵνα Ἰουδαίους στασιάσῃ παρελθών, καὶ χρήσηται κατὰ τῶν δόντων ταῖς ἀφορμαῖς.

γ'. Τούτων Καῖσαρ ἀκούσας, Ὑρκανὸν μὲν ἀξιώτερον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀπέφηνατο, Ἀντιπάτρῳ δὲ δυναστείας αἵρεσιν ἔδωκεν. ὁ δ' ἐπὶ τῷ τιμήσαντι τὸ μέτρον τῆς τιμῆς ἤρμενος, πάσης ἐπίτροπος Ἰουδαίας ἀπεδείκνυτο, καὶ [e]περιπιτυγχάνει τὰ τείχη τῆς πατρίδος ἀνακτίσαι κατεγραμμένα. τὰς μὲν δὴ τιμὰς ταύτας Καῖσαρ ἀπέστελλεν εἰς τὸ [f]Καπετωλίῳ χαρακτῆναι, τῆς τε αὐτοῦ δικαιοσύνης σημεῖον, καὶ τῆς ἐκείνου ἀνδρὸς ἀρετῆς ἐσόμενον.

δ'. Ἀντίπατρος δέ, Καίσαρα προπέμψας ἐκ τῆς Συρίας, [g]εἰς Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν. καὶ πρῶτον μὲν ὃ τεῖχος ἀνεδείματο τὸ πατρῷον ὑπὸ Πομπηΐου κατεσκαμμένον, καὶ τοὺς ἀνὰ τὴν χώραν θορύβους ἐπιὼν κατέστελλεν, ἀπειλητὴς ἅμα καὶ σύμβουλος ὢν ἑκάστοις, ὅπως τοὺς μὲ Ὑρκανῷ φρονοῦντας ὁ μὲν ὅλῳ τῷ καθ' ἡσυχίαν βιώσονται, τῶν τε ἰδίων κτημάτων καὶ κοινῆς εἰρήνης [h]ἀπολαύοντες· εἰ δὲ πείθοιντο ταῖς ψυχραῖς ἐλπίσι τὸ νεωτερίζειν ἐπὶ κέρδεσιν οἰκείοις ἐξελόντων, αὐτόν τε προεῖσθαι αὐτοὶ κηδεμόνος δεσπότην, καὶ Ὑρκανὸν ἀντὶ βασιλέως τύραννον, Ῥωμαίους γε μὴν καὶ Καίσαρα πολεμίους ἀνθ' ἡγεμόνων καὶ φίλων. ὃ δὲ ἀπέξεσθαι μετακινήσαντα οὐκ ἐκ τῆς ἀρχῆς, ὃν αὐτοὶ κατέστησαν. ἅμα δὲ ταῦτα λέγων, δι' ἑαυτοῦ καθίστατο τὴν χώραν, ὁρῶν τὸν Ὑρκανὸν ἀργὸν ὄντα τε, καὶ βασιλείας ἀτονώτερον. Φασάηλον μὲν δὴ, τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων, Ἱεροσολύμων καὶ τῆς περὶξ, τετραρχοῦντα καθίστησι· τὸν δὲ μετ' αὐτὸν Ἡρώδην, ὅτι τοῖς ἴσοις ἔσεσθαι εἰς τὴν Γαλιλαίαν [i]κομιδῇ νέον.

ε'. Ὁ δὲ, ὢν φύσει δραστήριος, ὕλην εὐθέως αὐτίκα τῷ φρονήματι. καταλαβὼν οὖν Ἐζεκίαν τὸν ἀρχιλῃστὴν, τὰ πρόσχωρα [k]τῇ Συρίᾳ καταστρέχοντα μετὰ μεγίστου σίφους, αὐτόν τε συλλαβὼν ἀπέκτεινε, καὶ πολλοὺς ἄλλους λῃστῶν. [l]ὁ δὲ μάλιστα τοῖς

ipſi gentem injuriis ex petulantia affeciſſent; quodque in Ægyptum auxilia ei non ex benevolentia miſerint, ſed metu veterum inimicitiarum, & ut amicitiam cum Pompejo inſtitutam deprecarentur.

2. Ad hæc Antipater, veſte abjecta, vulnerum multitudinem palam faciebat, & de ſua quidem in Cæſarem benevolentia, non opus eſſe ſibi dicebat verba facere; nam corpus etiam ſe tacente clamare: Antigoni vero audaciam mirari, qui, cum hoſtis Romanorum ſit filius & fugitivi Romanorum, & novarum rerum ſtudioſus ſeditioſuſque patrem imitetur, apud Romanorum præſidem contra alios accuſationem inſtituerit, & emolumenti aliquid comparare ſtudeat, cum iſto contentus eſſe deberet quod vivat. nam & nunc non propter inopiam *rebus intereſſe adeo deſiderare, ſed ut inter Judæos ſeditionem concitet, & facultatibus *ſuis* contra largitores *earum* utatur. *Antipater ſe defendit. Ant. p. 622.*

3. Cum iſta Cæſar audiſſet, Hyrcanum quidem pontificatu digniorem eſſe pronunciavit, Antipatro autem poteſtatis, quam vellet, optionem dedit. Ille vero, honoris modum & menſuram dantis arbitrio permittens, totius Judææ procurator declaratus eſt, & præter hoc impetravit, ut ſubverſa patriæ mœnia inſtaurare ſibi daretur. Et hos quidem honores Cæſar miſit tabulis incidendos in Capitolio, in perpetuum ſuæque juſtitiæ & Antipatri virtutis monumentum. *Cæſar in pontificatu confirmat Hyrcanum, & Antipatrum totius Judææ procuratorem facit. Ant. p. 622.*

4. Antipater vero, deducto à Syria Cæſare, in Judæam reverſus eſt. & primum quidem patriæ muros à Pompejo dirutos refecit, & regionem obiens tumultus qui in ea erant compeſcebat, partim minando partim ſingulis conſulendo, *admonens eos*, fore, ſi ab Hyrcano ſtarent, ut feliciter & quiete vitam agerent, ſuiſque bonis & pace communi fruentes; ſin vero ſpe vana ab iis ducerentur, qui privati quæſtus gratia res novas moliri ſtudent, ipſum experturi ſunt pro curatore dominum, & Hyrcanum pro rege tyrannum, itemque Romanos & Cæſarem pro ducibus & amicis hoſtes *acerbos*. non enim paſſuros eum ab imperio ſummoveri, quem conſtituiſſent ipſum. Atque ſimul ac iſta diceret, res regionis ſolus ordinavit, quod Hyrcanum & ſegniorem & remiſſiorem videret quam regnum poſceret. Et Phaſaëlum quidem, filiorum natu maximum Hieroſolymorum agrique finitimi præfectum conſtituit: Herodem vero, illi ætate proximum, † cum pari poteſtate miſit in Galilæam, adoleſcentulum admodum. *Antipater Hieroſolymorum muros reficit, & tumultus compeſcit. Ant. p. 624. Phaſaëlo mandat Hieroſolyma, Herodi Galilæam. Ant. p. 624.*

5. Ille vero, natura factus ad res gerendas, ſtatim invenit materiam animi magnitudini *exercendæ idoneam*. Itaque cum offendiſſet Ezechiam latronum ducem, magna manu finitima Syriæ incurſantem, & illum nactus interficit, multoſque latronum. quod ſane maxime *Herodes Ezechiam latronem tollit. Ant. p. 625.*

a Ἐξ εὐνοίας *Bod.* *b* Διαφόρων *Bod.* *c* Καὶ περιεσχεῖν *Big. & Voſſ.* *d* Κατ' ἀπορίαν *Bod.* *e* Hyrcano hoc conceſſum eſſe dicit in *Ant.* 622. v. 48. *f* Ita *Big. Voſſ. & Ant.* p. 623. v. 3. Καπιτωλίῳ in *aliis.* *g* Ὡς εἰς *Big.* εἰς τὴν *Bod. & Voſſ.* *h* Ἀπολαύοντες *Bod.* *i* Idem *Ant.* p. 624 v. 42. νέος πάντα πάντων appellatur, utpote annorum κε'. non ut vulgo legitur ιε'. quippe poſt decem circiter annos regnum adiit; quod cum annis 34 tenuiſſet, quaſi ſeptuagenarius obiit. *Polybius* de Tito Flaminio: καίτοι νέος ὢν κομιδῇ, πλείω γὰρ τῶν τριάκοντα ἐτῶν οὐκ εἶχε, l. 17. p. 752. Quindecennem, Joſephus non νέον, ſed παῖδα, παιδίον aut μειράκιον appellaſſet. Vide *Caſaubonum* in *Exercit.* I. p. 138. & *Spanhemium* in *Dub. Evang.* 2. II. 16. *Aldr.* Contra iſta *Cler. Nolanus* in *Hiſtoria Idumæa* p. 59. &c. Videlis *Ant.* l. 14. p. 624. *k* Τῆς Συρίας *Bod. & Ant.* p. 625. v. 2. *l* Forſan ὁ ἧ μάλιστα. *a Al.* rempublicam capeſſere. † Similia curaturum, *Ruf.*

Herodes laudatur, & Sexto Cæſari innoteſcit. Antt. p. 625.

xime Syris gratum præſtitit. adeoque omnium ſermone per vicos & in urbibus celebratus erat Herodes, ut qui præſentia ſua pacem illis dederit, & omnes facultates in tuto collocarit. Quo factum eſt, ut etiam Sexto Cæſari innoteſceret, cognato magni Cæſaris & Syriam adminiſtranti. Phaſaëlo autem cum fratre gloriam adepto pulchra erat contentio, dum Hieroſolymitarum erga ſe benevolentiam augere ſtudet, ut qui urbem quidem per ſe regeret, ſed ita ut nihil inhoneſte faceret, poteſtate ſua ad aliorum injuriam abutendo. Hinc & Antipater à gente more regio colebatur, & ab univerſis, quaſi omnium dominus exſtitiſſet, habebatur in honore. Nec tamen vel minimum diſceſſit à ſua erga Hyrcanum fide & benevolentia.

Antipater magno in honore. Antt. p. 625.

Poſtea ei invidetur. Antt. p. 625.

6. Verum fieri non poteſt ut invidiam quiſquam in ſecundis rebus effugiat. Nam Hyrcanum quidem ipſum jam ante tacite mordebat juvenum gloria, maximeque animum ejus ſolicitabant res ab Herode præclare geſtæ: inſuper & crebri nuncii bonæ utriuſque famæ unus alium præcurrentes, multi etiam in regia invidi & obtrectatores ſtimulos *ei* ſubjiciebant, quibus aut Antipatri aut filiorum ejus obſtabat prudentia, dicentes, quod Antipatro ejuſque filiis cedens retum adminiſtratione, ſederet regis ſolum nomen habens, idque ſine omni poteſtate. Et quouſque in errore verſabitur, reges in ſui perniciem nutriens? nec enim eos amplius ſimulare *rerum* procurationem, ſed manifeſtos eſſe dominos, ipſo *ab imperio* deturbato. ſi quidem Herodes, neque ſuis mandatis neque literis fretus, tantam multitudinem contra legem Judæorum interfecerit; eumque, ſi jam regnum non teneat, ſed adhuc privatus ſit, ad judicium venire debere, *factorum* rationem & ipſi & legibus patriis redditurum, quæ homines non condemnatos occidi prohibent.

Herodes in judicium vocatur, & abſolvitur. Antt. p. 626.

7. His paulatim accendebatur, tandemque ira excandeſcens Herodem ad cauſam dicendam accerſit. Ille vero, & patris monitu & quod fiduciam ei adderent res geſtæ, aſcendebat, firmata prius præſidiis Galilæa. Ibat autem valida manu ſtipatus, ut nec Hyrcanum deturbaturus videretur magnis adductis copiis, neque in invidos nudus armis incidat. Sextus autem Cæſar adoleſcenti metuens, ne ab inimicis interceptus mali aliquid pateretur, ad Hyrcanum mittit, qui ei expreſſe denunciarent, ut Herodem *ſententia capitali liberaret. Hyrcanus autem, per ſe quoque id cupiens, nam Herodem diligebat, eum abſolvit.

Ad Sextum Cæſarem ſe confert. Antt. p. 627.

8. Atque is, invito rege *ex periculo* evaſiſſe ratus, Damaſcum ſe contulit ad Sextum, ita comparatus, ut nequaquam obtemperaret, ſi denuo accitus eſſet. Rurſumque ab improbis irritabatur Hyrcanus, qui dicerent & Herodem iratum abiiſſe, & paratum eſſe contra ipſum *bellum movere*. Rex autem *iſtis* fidem habens, quid agendum eſſet neſciebat, ut qui inimi-

Σύροις κατάρθωμα κεχαρισμένον. ὑμνεῖτο γοῦν ἀνά τε τὰς κώμας καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν Ἡρώδης, ὡς εἰς εἰρήνην [a] αὐτοῖς παρὼν, καὶ τὰς κτήσεις ἀναπεπτωκώς. Ὧν δ' οὐκ τύτων καὶ [b] Σέξτῳ Καίσαρι γνώριμος, ὄντι συγγενεῖ τε μεγάλυ Καίσαρος, καὶ διοικοῦντι τὴν Συρίαν. τοῖς δὲ τ ἀδελφὸν εὐδοκιμοῦσιν καὶ Φασάηλος ἐφιλοτιμεῖτο τῷ ἀγαθῷ εἶναι, τὴν τε τῶν Ἱεροσολύμων εὐνοιαν [c] καθιστάμενος, καὶ δι' αὐτὸν μὲν ἔχων τὴν πόλιν, μηδὲν δ' ἀπεικότως εἰς τὴν ἐξουσίαν ἐξυβρίζων. ἦν [d] Ἀντιπάτρῳ θεραπεία τε ἴσα οὐκ τ ἔθνους βασιλικὴ, καὶ τιμὴ πᾶσι πάντων ὡς δεσπότῃ τ ὅλων. ὁ μὲν αὐτὸς τ τοῖς Ὑρκανοῦ εὐνοίας ἢ πίστεως τὶ μετεκίνησεν.

ε'. Ἀμήχανον δ' τὸ εὐθαρσίας φθόνον ἀφυγεῖν. Ὑρκανὸς γοῦν ἤδη μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡσυχῇ τοῖς τὸ κλέος τῶν νεανίσκων ἐδάκνετο, μάλιστα δ' ἐλύπει τὸ [e] Ἡρώδου κατορθώματα· καὶ κήρυκες ἐπάλληλοι τῆς καθ' ἕκαστον εὐδοξίας [f] προηγέροντες, πολλοὶ δὲ τῶν τὸ τοῖς βασιλείοις βασκάνων ἐρέθιζον, οἷς ἢ τὸ τῶν παίδων ἢ τὸ Ἀντιπάτρυ [g] σωφρονικὸν [h] προσέσχατο, λέγοντες ὡς Ἀντιπάτρῳ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ὠφελησάσης τῶν πραγμάτων, καθίζοιτο τύραννος μόνον βασιλέως ἔχων ἔρημον ἐξουσίας. καὶ μέχρι ποῦ πλανηθήσεται καθ' ἑαυτοῦ βασιλεῖς ὑπτιτρέφων; οὐδὲ γὰρ εἰρωνεύεσθαι τὸν ὑπτεροπλὴν αὐτοὺς ἔτι, φανερὸς δ' [i] ἐν δεσπότας παρασταμένυς ἐκεῖνον. εἶγε μήτε σὐτολὰς δοίτω, μήτε ὑπισείλαιτο αὐτοῦ, τοσούτους ὧν ἅπαξ Ἰουδαίων νόμον ἀπήρκεσεν Ἡρώδης ὃν, εἰ μὴ βασιλεύς ἐστιν, ἀλλ' ἔτι ἰδιώτης, δεῖν ὑπὸ δίκην ἦκεν, ἀποδώσοντα λόγον αὐτῷ τε καὶ τοῖς πατρίοις νόμοις, οἳ κτείνειν ἀκρίτους οὐκ ἀφιᾶσι.

ς'. Τούτοις τ' μικρὸν Ὑρκανὸς ἐξεχύθη, καὶ τὸν ὀργὴν πλουτᾶγον ἐκρήξας, ἐκάλει κριθησόμενον ἐπὶ Ἡρώδην. ὁ δὲ καὶ τ παῖδος παραινοῦντος, ἐν τ πρασμάτων διδόντων παῤῥησίαν, ἀνῆκεν, φρυαγῆς ἀφαλεῖν πρὸς τ Γαλιλαίαν. ἦκεν δὲ μετὰ χαρτερᾶς τάξεως, ὡς μήτε καταλύειν δόξειν Ὑρκανὸν ἀδρὰν ἄγων δύναμιν, μήτε γυμνὸς [k] ἐμπέσοι τῷ φθόνῳ. Σέξτος δὲ Καῖσαρ δείσας [l] πρὸς ὥραν νεανίᾳ, μή τι παθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἀπολωφθεὶς πάθῃ, πέμπει πρὸς τ Ὑρκανὸν τὸν πρωτεγγελοῦντα ἀφορμῶν Ἡρώδῃ, ἀπολύειν Ἡρώδην τ φονικῆς δίκης. ὁ δὲ ἐν ἄλλως ἁρμονίνος, ἠγάπα δὲ Ἡρώδην, ἀπολυφίζει.

ζ'. Καὶ ὃς, ὑπολαμβάνων [m] ἄκοντος βασιλέως διαφυγεῖν, εἰς Δαμασκὸν ἀνεχώρησε πρὸς Σέξτον, πρασκευαζόμενος ἐπ' αὐτὸν ὑπακοῦσαι καλοῦντι. καὶ πάλιν οἱ πονηροὶ παρόξυνον Ὑρκανὸν, κατ' ὀργήν τε οἴκοθεν Ἡρώδην λέγοντες, καὶ παρεσκευασμένον κατ' αὐτοῦ. πιστεύων δ' ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔχειν ὅ,τι χρὴ δρᾶν, ὡς ἐώρα μείζονα

a Αὐτὰς absque παρὼν Big. & Voſſ. Scribendum forte, ὡς εἰρήνην αὐτοῖς παρέχων ex Antt. p. 625. v. 7. Aldr. b De quo Hirtius in Bello Alex. c. 66. & Appianus in Civil. III. p. 575. ut & Civil. IV. p. 623. & Dio l. XLVII. p. 342. Aldr. c Καθιστάμενος Bod. d Sic Big. Voſſ. Bod. Ruf. & Antt. p. 625. v. 16. Antipatri nomen omiſerunt Baſ. & Gen. e Ita cum Ruffini exemplaribus. Φασαήλε perperam in Græcis. f Forſan προηρίχοντες. g Sic Big. Bod. & Baſ. σωφρονιστὸν Voſſ. & Gen. h προέσχατο Big. i In Cod. Voſſ. ὄντι pro ἔτι. k Εμπίσοι Bod. & mox παῖδα, v. 40. l Περὶ τότε Bod. m Et ſciebat tamen Herodes ſe non volente tantum Rege, ſed & ejus beneficio ſervatum, vide Antt. p. 626 627. At hoc factum vir ingratus non tam Regis erga ſe voluntati quam Sexti Cæſaris autoritati tribuebat. Aldr. * Homicidii crimine, Ruf.

a Ita

3. Ei autem nunciatum erat adhuc circa Idumæam ſupereſſe decem armatorum millia. Ille vero, cum videret Arabas non ita ſe gerentes ut auxiliares deceret, ſed pro ſua libidine militia utentes, & contra quam ipſe vellet regionem vaſtantes ex ſuo in Herodem odio, domum *eos* dimittit: & cum ſuis legionibus adverſus eos qui defecerant ire contendebat. Atque illi, antequam manus conſererent, ſuaſu Achiabi *omnes* ſeſe dediderunt. Varus autem plebejis quidem culpæ veniam dabat, eorum vero duces ad Cæſarem miſit, ut ad interrogata reſponderent. At Cæſar aliis quidem ignovit, de nonnullis vero regis cognatis, erant enim quidam ex Herodis conſanguineis qui ſe eis adjunxerant, ſupplicium ſumi jubet, quod contra regem ſuum arma tulerant. Et Varus quidem, rebus Hieroſolymitanis hoc modo compoſitis, relictaque ad *urbis* præſidium priore legione, Antiochiam revertitur.

Varus dimittit Arabas male ſe geremes. ibid.

Seditioſorum duces ad Cæſarem mittit. ibid.

a Ita reſcripſi è *Cod Gall. & Ant.* p. 782. v. 15. favente nonnihil codice *Bod.* in quo ὡς Αμφὼ proclivi errore pro ὡς Σαμφώ. antea erat Σακφώ. *b* Supra p. 1054. v. 17. Arii meminit. *c* Illa οἱ μὲν ᾤχοντο deſunt in pleriſque *MSS.* in quibus aut φυγόντα aut φυγόντων pro φυγόντες. *d* Ἡρώδου βασιλέως in *Ant.* p. 782. v. 30. Erat enim Joſephus Herodis ἀδελφιδοῦς, Archelai ἐξάδελφος, utrumque ſignificat ἀνεψιὸς. *Aldr.* *e* Παρὰ *Busb.* *f* Ita *Big.* αὐτῷ in *cæteris.* *g* Illa ἔχθει τῷ πρὸς Ἡρώδην hîc loci non agnoſcit *Ruf.* & ſatis commode abeſſe poſſunt. nam de Arabum odio in Herodem diſertim (ſupra v. 6.) dixerat, hiſce verbis, Ἀράβων μισούντων τοὺς Ἡρώδου φίλους. *h* Ita *Big. Bod. Gall.* & *Ruf.* τῷ τοῦ βασιλέως in *cæteris.*

IV. CAP. VI.

Multa Archelao objiciunt Judæi, & Romanorum prætoribus ſubjici poſtulant. quibus auditis, Cæſar liberis Herodis paternas poſſeſſiones pro arbitrio ſuo diſtribuit.

Archelaus iterum Romæ accuſatur à Judæorum legatis. Antiq. p. 783.

ARchelao autem Romæ alia exſtitit cauſa contra Judæos agenda, qui ante defectionem legati exierant, ejuſmodi poteſtatem faciente Varo, ad poſtulandam ſuis legibus vivendi libertatem. Erant autem *numero* quinquaginta qui aderant; eiſque ſe adjunxerunt ſupra octo millia Judæorum Romæ degentium. Itaque cum Cæſar concilium tam amicorum quam primorum Romanorum convocaſſet in templum Apollinis in Palatio, (quod ab ipſo erat exſtructum & laute admodum mirumque in modum exornatum) cum legatis quidem multi è Judæis ſtabant, contra vero Archelaus cum amicis *ſuis*: at qui hujus conſanguineorum amici erant à neutra parte ſtabant, Archelao quidem adeſſe non ſuſtinentes ex odio atque invidia, cum accuſatoribus vero conſpici propter Cæſarem veriti. Præterea aderat etiam Philippus frater Archelai, animo benevolo à Varo præmiſſus duabus de cauſis, ut & Archelai partes adjuvaret, &, ſi forte Cæſar *Herodis facultates univerſæ ejus progeniei diſtribueret, partem aliquam obtineret.

Legatorum accuſationis ſumma. ibid.

2. Data autem accuſantibus dicendi venia, primum ea proſequuti ſunt quæ contra leges feciſſet Herodes, "non ſe regem, dicentes, ſed "tyrannum pertuliſſe, omnium qui unquam "tyrannidem exercuerant crudeliſſimum. Mul"tis quippe ab eo occiſis, talia paſſos eſſe ſu"perſtites ut etiam mortuos *beatos* prædica"rent. nec ſolum ſubditorum corporibus quæ"ſtionem *eum* adhibuiſſe, ſed & civitatibus. "nam ſuæ quidem gentis *plurimas* dilaniaſſe, "alienigenarum vero ornaſſe, & externis po"pulis Judææ ſanguinem condonaſſe. Pro an"tiqua autem felicitate ac patriis legibus gen"tem egeſtate impleviſſe ſimul & iniquita"te. in ſumma, Judæos paucis quidem an"nis plures ab Herode *illatas* calamitates to"leraſſe, quam in omni ævo perpeſſi ſunt ma"jores ſui, poſtquam ex Babylone diſceſſerint, "& Xerxe regnante *in patriam* fuerint rever"ſi. Attamen aſſueſcendo dura pati & adver"ſa animos adeo demiſſos humileſque gerere, "ut ultro eum pro ſucceſſore acciperent ſub "quo acerbam ſervituri eſſent ſervitutem. Ar"chelaum quippe, tanti tyranni filium, patre "mortuo regem ſine mora appellaſſe, & una "cum eo mortem Herodis luxiſſe, ſimulque "ut is ſuccederet vota nuncupaſſe. illum ve"ro, quaſi veritus eſſet ne germanus Herodis "filius non haberetur, civium trium millium "cæde regno præluſiſſe; & tot quidem victi-

ΚΕΦ. ϛ'. η'.

Πολλὰ Ἀρχελάῳ ἐγκαλοῦσιν Ἰουδαῖοι, καὶ τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς ὑποκεῖσθαι ἀξιοῦσιν. ὧν ἀκουσθέντων, Καῖσαρ τοῖς Ἡρώδου παισὶν τὰ πατρῷα ὡς βούλοιτο διανέμει.

ΑΡχελάῳ δ' ὀπὶ Ῥώμης πάλιν ἄλλη συνίστατο δίκη τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ πρὸ τῆς ἀποστάσεως, ὑπατεύοντος Οὐάρου, πρέσβεις ἐξελήλυθεισαν περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν αὐτονομίας. ἦσαν δὲ πεντήκοντα μὲν οἱ παρόντες· συμπαρῆσαν δὲ αὐτοῖς τοῖς τὸ ὀπὶ Ῥώμης Ἰουδαίων ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους. ἀθροίσαντος δὲ Καίσαρος συνέδριον τῶν τε πέλας Ῥωμαίων καὶ τῶν φίλων ἐν τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ, [a] κτίσμα δ' αὐτῷ ἴδιον αὐτοῦ θαυμασίῳ πολυτελείᾳ κεκοσμημένον, μετὰ μὲν τῶν προσηκόντων τὸ Ἰουδαϊκὸν πλῆθος ἦν, σὺν δὲ τοῖς φίλοις ἄντικρυς Ἀρχέλαος. [b] τῶν δὲ τούτου συγγενῶν οἱ φίλοι παρ' ὀδετέρους, συμπαρῆσαν μὲν [c] τῷ Ἀρχελάῳ ἀφ' μῖσος καὶ φθόνον οὐκ ὀκνοῦντες, ὀφθῆναι δὲ μετὰ τοῦ κατηγόρου ὑπὸ Καίσαρος αἰδούμενοι. ὀπὶ τούτοις παρῆν καὶ Φίλιππος ὁ ἀδελφὸς Ἀρχελάου, πρεπεμφθεὶς κατ' εὔνοιαν ὑπὸ Οὐάρου, δυοῖν ἕνεκα, Ἀρχελάῳ τε συναγωνίσασθαι, καὶν διανέμῃ τὰ Ἡρώδου Καῖσαρ οἴκοι πᾶσι τοῖς ἐκγόνοις κλήρου τινὸς ἀξιωθῆναι.

β'. Ἐπιτραπὲν δὲ λέγειν τῆς κατηγορίας τὰς Ἡρώδου παρανομίας πρῶτον διεξῆλθον, "ὃ βασιλέα, λέγον"τες, ἀλλὰ τύραννον πώποτε τυραννησάντων ὠμότατον ὑπο"χείριον τύραννον. πλείστων γὰρ ἀνῃρημένων ὑπ' αὐτοῦ, "τοιαῦτα πεπονθέναι τοὺς καταλειφθέντας, ὥστε μακα"ρίζειν τοὺς ἀπολωλότας. βεβασανικέναι γὰρ οὐ μόνον "τὰ σώματα τῶν ὑποπιπτόντων, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις. "τὰς μὲν γὰρ ἰδίας λελωβῆσθαι, τὰς δὲ τῶν ἀλλοφύλων "κεκοσμηκέναι, καὶ ὅσον τῶν Ἰουδαίας αἷμα κεχαρίσθαι τοῖς "ἔξωθεν δήμοις. ἀντὶ δὲ τῆς παλαιᾶς εὐδαιμονίας καὶ τῶν "πατρίων νόμων, πενίας ὅ ἔθνος καὶ παρανομίας ἐμπέπλη"κεν. καθόλου τε πλείους ὑπομεμενηκέναι "τὰς ἐξ Ἡρώδου συμφορὰς ἢ ὀλίγοις ἔτεσιν Ἰουδαίους, "ὧν οὐ ἅπαντι τῷ χρόνῳ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἀνα"χώρησιν ἔπαθον οἱ πρόγονοι, Ξέρξου βασιλεύοντος ἐπα"γραφέντες. εἰς τοῦτο μέντοι ταπεινότητος [d] οὐκ ἂν δυ"τυχεῖν ἔθνος προελθεῖν, ὥστε ὑπομεῖναι τὰ πικρὰς "δουλείας καὶ ἀφορήτου αὐθαίρετον. Ἀρχέλαον γοῦν τὸν "τηλικούτου τυράννου παῖδα, μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς τε"λευτὴν, βασιλέα τε προσειπεῖν ἑτοίμως, καὶ συμπευ"σῆναι Ἡρώδου χάριτι αὐτῷ, καὶ συνεύξασθαι περὶ "τῆς ἀφορήτου. τὸ δὲ, ὥσπερ ἀγωνιάσαντα μὴ νόθον "υἱὸν δόξειεν Ἡρώδου, προοιμιάσασθαι τὴν βασιλείαν "πελαλίοις πολιτικοῖς φόνοις, καὶ τοσαῦτα μὲν παρεσκευάσθαι

a Publica opera plurima exſtruxit: ex quibus vel præcipua forum cum æde Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Jovis in Capitolio. *Sueſ.* in *Aug.* c. 29. *& paulo poſt*, Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam deſiderari à Deo haruſpices pronunciarant. Addita porticus, cum bibliotheca Latina Græcaque. quo loco jam ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, decuriaſque judicum recognovit. Templum illud deſcribit *Propertius*, l. 2. el. 23. *Aldr.* b Οὐκέτι δὲ συγγενῶν ὄντων τοῦ βασιλέως in *Antiq.* p. 783. v. 15. c Hanc particulam habet *Big.* omittunt *ceteri.* d Ita lego cum *Rufino*, qui vertit, *verum ſe tamen ad modeſtiam ex adverſæ fortunæ conſuetudine proſeciſſe.* antea erat καὶ τοῦ δυνηθῆναι in *Græcis* omnibus. * Herodis regnum ejus nepotibus, *Ruf.*

a Πρώτιστον

"χέναι θύματα πρὸ τῆς ἀρχῆς τῷ Θεῷ, τοσούτοις δὲ ἱε-
"ρείοις νεκροῖς ὃ ἱερὸν ἐν ἑορτῇ. τοὺς μέντοι θερα-
"πευθέντας ἐκ τοσούτων κακῶν εἰκότως ἐπιτρέψαι
"ἤδη ποτὲ τοῖς τῶν συμφορῶν, καὶ πολέμου νόμῳ ἐθί-
"ζειν τὰς πληγὰς χρῆ [a] προσώπου δίκαιόν, δεῖσθαι
"δὲ Ῥωμαίων ἐλεῆσαί τε τὰ τῆς Ἰουδαίας λείψανα, καὶ
"μὴ τὸ θρασὺ αὐτῶν ἐπορρίψαι τοῖς ὠμῶς [b] κατα-
"ράσασι, συνάψαι δὲ τῇ Συρίᾳ τὴν χώραν αὐτῶν
"διοικεῖν ὑπὸ ἰδίοις ἡγεμόσιν. ὑπολάβοιεν γὰρ ἂν οἱ
"νῦν φασιώδεις ἀμφιβαλλόμενοι καὶ πολεμικοὶ, φέρειν
"οἴδασι μετρίως ἡγεμόνας." Ἰουδαῖοι μὲν οὖν ἐκ τῆς
κατηγορίας κατέληξαν εἰς τὸν τοιοῦτον ἀξίωσιν. ἀνα-
χὰς δὲ Νικόλαος, ἀπελύσατο μὲν τὰς εἰς τοὺς βα-
σιλεῖς αἰτίας, κατηγόρει δὲ ὅτι ἔθνους τοιούτου
καὶ δυσπειθὲς φύσει πρὸς τοὺς βασιλέας· συνδιέβαλλε
δὲ καὶ τοὺς Ἀρχελάου συγγενεῖς, ὅσοι πρὸς τοὺς κατη-
γόρους ἀφειστήκεσαν.

*Nicolaus quæ ſa-
cta eſſent ab Hero-
de & Archelao
excuſat. Antt.
p. 784.*

ϑ'. ε'. Τότε μὲν οὖν Καῖσαρ, ἀκούσας [c] ἑκατέρων, διέλυσε
τὸ συνέδριον. μετὰ δὲ ὀλίγας ἡμέρας, [d] ὃ μὲν ἥμισυ μέρος τῆς
βασιλείας Ἀρχελάῳ δίδωσιν, ἐθνάρχῃ προσρήσει, ὑπο-
σχόμενός τε καὶ βασιλέα ποιήσειν, ἐὰν ἄξιον ἑαυτὸν παράσχῃ,
ὃ δὲ λοιπὸν ἥμισυ διελὼν εἰς δύο τετραρχίας, δυσὶ ἑτέ-
ροις παισὶν Ἡρῴδου δίδωσι, τὴν μὲν Φιλίππῳ, τὴν δὲ Αντί-
πατρον τοῖς Ἀρχέλαον ἀμφισβητοῦσι περὶ τῆς βασιλείας.
ἐγένετο δὲ ὑπὸ τούτῳ μὲν τε Περαία καὶ Γαλιλαία,
προσόδους ἑξακοσίων ταλάντων· Βαταναία τε καὶ [e] Τρά-
χων, Αὐρανίτις τε καὶ μέρη τινὰ τοῦ [f] Ζηνωνος οἴκου [g] τὰ περὶ
Ἰάμνιαν, πρόσοδον ἔχοντα ταλάντων ἑκατόν, ὑπὸ Φι-
λίππῳ ἐτάχθη. τῆς Ἀρχελάου δ' ἐθναρχίας Ἰδουμία τε
καὶ Ἰουδαία πᾶσα, καὶ Σαμαρείτις ἔτι, [h] κεκαθισμένη τε-
τάρτῳ μέρει τῆς φόρων εἰς τιμὴν τοῦ μὴ μιᾷ τῶν ἄλλων ἀπο-
σῆναι. πόλεις δὲ ὑπηκόους παρέλαβε, Στράτωνός τε πύρ-
γον, καὶ Σεβαστὴν, καὶ [i] Ἰόππην, καὶ [k] Ἱεροσόλυμα. τὰς δὲ
Ἑλληνίδας, Γάζαν καὶ Γάδαρα καὶ [l] Ἵππον, ἀποτιμόμενος
τῆς βασιλείας, προσέθηκε Συρίᾳ. πρόσοδος δὲ ἦν τῇ
Ἀρχελάῳ δοθείσῃ χώρᾳ, [m] πεντακοσίων ταλάντων. Σα-
λώμῃ δὲ, πρὸς οἷς ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς διαθήκαις κατέ-
λιπεν, [n] Ἰαμνίας τε καὶ Ἀζώτου καὶ Φασαηλίδος ἀποδείκνυ-
ται δεσπότις· χαρίζεται δὲ αὐτῇ Καῖσαρ καὶ τὰ ἐν Ἀσκάλωνι
βασίλεια. συνήγετο δὲ ἐκ πάντων ἐξήκοντα πρόσο-
δος τάλαντα. τὰ δὲ οἶκοι αὐτῆς ὑπὸ τῷ Ἀρχελάου [o] ἐθναρ-
χίαν ἔταξε. τὰ δὲ ἄλλης Ἡρῴδου γενεᾶς ἕκαστος τὸ κα-
ταλειφθὲν ἐν ταῖς διαθήκαις ἐκομίζετο. δυσὶ δὲ αὖ

3. Et tunc quidem Cæſar, auditis quæ utrinque dicerentur, dimiſit concilium. Paucis autem poſt diebus Archelao quidem dat regni *Herodis* dimidium cum ethnarchæ nomine, ipſum etiam regem, ſi ſe dignum *eo honore* præſtitiſſet, facturum eſſe pollicitus; reliquum vero dimidium, in duas tetrarchias diviſum, duobus aliis Herodis filiis tribuit, unam Philippo, alteram Antipæ, qui cum Archelao de regno contendebat. Et huic quidem in ditionem cedebat Peræa, & Galilæa; *quarum* reditus ducenta talenta: & Philippo ſubjiciebantur Batanæa & Trachon, & Auranitis & partes quædam domus Zenonis circa Jamniam, quæ talenta centum reddebant. Archelai vero ad ethnarchiam pertinebant & Idumæa & Judæa omnis, & Samaria, quarta tributorum parte *levata, honoris ergo quod cum aliis non defecerat. Civitates etiam, quibus imperaret, accipiebat, & Stratonis turrim, & Sebaſten, & Joppen, & Hieroſolyma. Nam Græcas, Gazam & Gadara & Hippon, regno avulſas, Syriæ adjunxit *Cæſar*. Archelao autem ex regione ſibi data *quotannis* redibant quadringenta talenta. At Salome, præter illa quæ rex teſtamento ſuo ei legaverat, & Jamniæ & Azoti & Phaſaëlidis domina facta eſt: eidemque regias etiam in Aſcalone largitur Cæſar. ex quibus omnibus *annui* ſexaginta talentorum reditus colligebantur. domum vero ejus Archelai ethnarchiæ ſubdidit. Quin & cæteris ex Herodis progenie reddita erant legata, prout teſtamento relicta erant. Duabus autem filiabus

Quomodo Cæſar regnum Herodis ejuſque facultates dividit. Antt. p. 785.

Cæſaris erga Salomen liberalitas. ibid.

a Πρόσωπον Bod. b Ita Big. & Ruſ. κατάρασιν in cæteris. c Ἀμφοτέρων Bod. d Videſis Tacitum in Hiſt. V. 9. & Strabonem in l. XVI. p. 765. e Τραχωνῖτις in Antt. p. 785. v. 16. f In Antt. p. 785. v. 17. Ζηνοδώρου οἴκου, Zenodori domus, quæ antea dicta erat Lyſaniæ domus, ut conſtat ex p. 696. v. 9. Cumque ſubjicit Joſephus τὰ περὶ Ἰάμνιαν, nota præter duas Jamnias Plinii, etiam tertiam fuiſſe in τῇ ἄνω Γαλιλαίᾳ cujus meminit Joſephus in Vita ſua, p. 922. v. 29. quamque hic intelligit. Aldr. g Eſt qui malit τὰ πρὸς Ἰάμνιαν. h Idem valet hoc loco κεκαθισμένη quod κεκαθαρισμένη, ut notavit Cl. Aldrichius, conferendo Antt. p. 785. v. 20. i Ita in omnibus MSS. & Ruſ. cum Antt. p. 785. v. 23. Ἵππων in Impreſſis. Aldr. k Niſi me fallit conjectura, legendum Ἀζώτου. Quippe cur Joſephus hoc loco ſeptem haſce civitates, nec plures, nec alias nominet, nulla potior occurrit ratio, quam quod eaſdem olim Auguſtus Herodis regno adjeciſſet; at nunc volebat quatuor Archelai Ethnarchiæ tres reliquas provinciæ Syriæ contribui. Vide Belli, p. 1006. Has tres Joſephus Ἑλληνίδας πόλεις vocat; h. e. in quibus Ἑλλήνων numero & auctoritate præpollebant Judæis, quæque inſtitutis utebantur Ἑλληνικοῖς. Notum vero omnes incircumciſos cujuſcunque demum gentis à Judæis Ἕλληνες appellari. Aldr. l Ita Big. Voſſ. Ruſ. & Antt. p. 785. v. 24. Ἵππων in cæteris. Aldr. m Ἑξακοσίων in Antt. p. 785. v. 17. ut & apud Zonaram. quæ quidem lectio eſt minus probabilis, quando regni tantum ſemiſſis Archelao ceſſit. Aldr. n Merito dubitatur utrum hæc ſit genuina lectio, nam & has tres urbes ſorori legavit Herodes, Antt. 770. v. 27. Emendatius certe loquitur Joſephus in Antt. p. 785. v. 29. Σαλώμῃ δὲ πρὸς οἷς ὁ ἀδελφὸς ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπένειμεν· Ἰάμνια δ' ἦν ταύτης καὶ Ἄζωτος καὶ Φασαηλὶς καὶ ἀργυρίου πεντήκοντα τάλαντα. Καῖσαρ χαρίζεται καὶ τῷ τὸ Ἀσκάλωνι βασίλειον οἰκῆσαι. Aldr. o Ita reſcripſi auctoritate Ruſini. antea perperam τοπαρχίαν, nam ethnarchia Archelai plures Toparchias complectebatur. * Aldrichius malit levatas, & mox defeceram.

a Id

liabus ejus virginibus dat Cæſar, extra ea quæ pater legaverat, quingenta millia argenti *ſignati* : eaſq; nuptum collocavit Pheroræ filiis. Immo, diviſo *regis* patrimonio, eis diſtribuit mille talenta ipſi ab Herode dono relicta ; parvi pretii nonnullis ex regia ſupellectile ſibimet reſervatis, in honorem defuncti.

Herodis duæ filiæ virgines Pheroræ filiis elocatæ. Ants. p. 785.

θυγατράσι παρθένοις Καίσαρ ἔξωθεν χαρίζεται [a] πεντήκοντα μυριάδας ἀργυρίου, καὶ συνῴκισεν αὐτὰς τοῖς Φερώρα παισί. μᾶζ δὲ τ οἶκον, ὃν διεδιέτεμεν αὐτοῖς ἡ αὐτὸς καταλειφθεῖσαν ὑφ' Ηρώδ δωρεὰν, ὅσαν [b] χιλίων ταλάντων, εὐτελῆ πνα τ κειμηλίων εἰς τιμὴν τῶ καταχωμένω [c] τιμὴν ἐξελόμενος.

V. CAP. VII.

ΚΕΦ. ζ'.

Hiſtoria de Pſeudalexandro. Relegatur Archelaus, moritur Glaphyra ; uterque per quietem præmonitus.

Ιστορία περὶ Ψευδαλεξάνδρ. Φυγαδεύεται Αρχέλαος, καὶ τελευτᾷ Γλαφύρα· ὀνείρα δ' μέλλοντος ἀμφοτέροις δηλωθέντος.

Pſeudalexander nonde. Ants. p. 786.

INterea juvenis quidam, genere Judæus, Sidone educatus apud quendam Romani civis libertum, formæ ſimilitudine ſemet Alexandrum eſſe mentitus ab Herode occiſum, Romam veniebat, fore ſperans ut non detegeretur. Ipſi autem adjutor erat homo ejuſdem tribûs, ſciens omnium quæ ad regnum pertinerent, à quo inſtructus aſſeverabat, quod ii qui miſſi erant ad ſe & Ariſtobulum occidendum miſericordia commoti ipſos ſurripuerint, ſimilibus ſubditis corporibus. Iraque cum iſtis decepiſſet Judæos in Creta degentes, & ſplendidum nactus eſſet commeatum, in Melum navigavit : ubi cum multo plus in *viaticum* collegiſſet, quod res admodum credibilis videretur, hoſpitibus etiam ſuis perſuaſit ut Romam ſecum navigarent. Cum autem appulſus eſſet Dicæarchiam, & dona quamplurima ab iſtius loci Judæis accipit, & tanquam rex à paternis amicis deducebatur. Tantum enim fidei conciliaverat formæ ſimilitudo, ut qui Alexandrum viderant planeque noverant, hunc eum eſſe jurarent. Porro Judæi Romæ degentes omnes ad eum viſendum ſe effuderunt, & ingens hominum multitudo vias, per quas ferebatur, obſidebat. nam eo quidem dementiæ proceſſerunt Melii, ut illum & ſella portarent, ſuiſque ſumptibus cultum & apparatum regium *ei* ſuppeditarent.

Judæis imponit. ibid.

ΚΑΝ τούτῳ νεανίας τις Ιουδαῖος μὲ τὸ γένος, τραφεὶς δ' ὁ Σιδῶνι ἀνδί τινι τ Ρωμαϊκῶν ἀπελευθέρων, δι' ὁμοιότητα μορφῆς ψευδόμενος ἑαυτὸν Αλέξανδρον τ ἀναιρεθέντα ὑφ' Ηρώδ, κατ' ἐλπίδα τ λήσειν, ἦκεν εἰς Ρώμην. συνεργὸς δ' αὐτῷ τις ὁμόφυλος αὐτοῦ [d] πάντα τὰ κατ' τ Βασιλέως διεσάφει, ὑφ' ὧ διδαχθεὶς ἔλεγεν, ὡς οἱ πεμφθέντες διὰ τ ἀναίρεσιν αὐτῷ τε καὶ Αριστοβούλῳ, δι' οἶκτον ἐκλέψειαν αὐτὼς ὁμοίων ἐνδολῇ σωμάτων. τούτοις γὰρ τὸς ἐν Κρήτῃ Ιουδαίους ἐξαπατήσας, καὶ λαμπρῶς ἐφοδιασθεὶς, διέπλευσεν εἰς Μῆλον· ἔνθα συναγείρας πολλῷ πλέον δι' ἐνδολὴν ἀξιοπιστίας, ἀνέπεισε καὶ τὸς ἰδιοξένους εἰς Ρώμην αὐτῷ συνεκπλεῦσαι· καταχθεὶς δὲ εἰς Δικαιαρχίαν, δῶρά τε παμπληθῆ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀφ' Ιουδαίων λαμβάνει, καὶ καθάπερ βασιλεὺς ὑπὸ τ πατρώων φίλων προεπέμφθη φίλων. προελήλυθει δ' εἰς τοσοῦτον πίστεως ὅ τ μορφῆς ὅμοιον, ὥστε τὸς ἐφεστηκότας Αλέξανδρον, καὶ σαφῶς βεβαμμένους, διόμνυσθαι τοῦτον εἶ. τὸ γοῦν Ιουδαϊκὸν ἐν Ρώμῃ πᾶν ἐξεχύθη πρὸς τὴν θέαν αὐτῷ, καὶ πλῆθος ἄπειρον ὑπὸ τὰς στενωπὰς, δι' ὧν κομίζοιτο. καὶ δὴ προῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας οἱ Μήλιοι, ὥστε φορείῳ τε αὐτὸν κομίζειν, καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ἰδίοις ἀναλώμασι παρέχειν.

Fraudem ſuſpicatur Cæſar, eumque accerſit. ibid.

2. Cæſar autem, ut qui perfecte norit Alexandri oris lineamenta, (accuſatus enim apud eum fuerat ab Herode) perſpiciebat quidem, priuſquam hominem videret, ſimilitudinis fallaciam, aliquid vero fidei tribuere volens lætiori de eo conceptæ ſpei, Celadum quendam, unum ex iis qui Alexandrum probe noſceret, mitti jubet, ut Alexandrum ſibi *in conſpectum* adduceret. Atque ille, eo viſo, ſtatim quidem conjectura deprehendit perſonæ diverſitatem : at cum totum corpus animadvertiſſet, & duritiam ejus habitumque ſervilem, commentum omne intellexit. Valde autem eum commoverunt, quæ tanta cum fiducia dicere auſus eſt. nam cum de Ariſtobulo interrogaretur, ſalvum quidem illum eſſe reſpondebat, Cypri vero de induſtria relictum eſſe, ut ſibi ab inſidiis caveret. difficilius enim disjunctos poſſe apprehendi. Cum autem eum paululum ſeduxiſſet Cæſar, ei dixit, vitam in præmium fore, ſi illius indicium fecerit, qui ei perſuaſerit ejuſmodi res,

Β'. Καῖσαρ δὲ γινώσκων ἀκριβῶς τὰς Αλεξάνδρου χαρακτῆρας, κατηγόρητο γὰρ ὑφ' Ηρώδ παρ' αὐτῷ, συνεώρα μὲν καὶ πρὶν ἰδεῖν ἄνθρωπον τὴν τ ὁμοιότητος ἀπάτην, διδούς δέ τι καὶ πίστεως ταῖς ἱλαροτέραις ἐλπίσι, Κέλαδόν τινα πέμπει τῶν σαφῶς βεβαπτισμένων Αλέξανδρον, κελεύσας ἀγαγεῖν αὐτῷ ἀνδρίσκον. ὁ δὲ, ὡς εἶδεν, ἐτεκμήρατο μὲν τάχιστα καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ προσώπου· τὸ δὲ ὅλον σῶμα σκληρότερόν τε καὶ δ' ὕλοφανὲς καταμαθών, ὁπόσον πᾶν τὸ σώταγμα. πάνυ δὲ αὐτὸν παρώξυνεν ἡ τόλμα τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων. τοῖς γὰρ συνειδόσι τοῖς περὶ Αριστοβούλου, σώζεσθαι μὲν κἀκεῖνον ἔλεγεν, ἀπολελεῖφθαι δ' ὑπ' ἐκείνου τὰς ὑποβουλὰς φυλασσόμενον· ἦλθον γὰρ ὑπ' χειρεῖσθαι διεζευγμένους. ἀπολαβόμενος δὲ αὐτὸν κατ' ἰδίαν, μαθὸν ἔφη παρὰ Καίσαρος ἔχειν τὸ ζῆν, τοῦ μηνύσαι καὶ ἀναπείσαντά σε [f] πλάσασθαι τηλικαῦτα.

a Id eſt, *μυριάδας ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι*, prout in *Ants.* p. 785. v. 37. b *Πεντακοσίων καὶ χιλίων* in *Ants.* p. 785. v. 40. connumerato quod & Liviæ donarat Herodes, *Ants.* p. 770. v. 35. *Aldr.* c Si quis *μνήμῳ* malit, per me licet. d *Εμπαρὼν τ ἀμφὶ τὸ βασίλειον* in *Ants.* p. 786. v. 10. e *Εν κρυπτῷ Bod.* atque ita *Rhed.* ejus autem in margine *ἐν Κύπρῳ*. f Eſt qui malit *πλάσασθαι*.

a Κα-

τα. [a] Καίτοι ἔοικεν, αὐτῷ δηλώσειν ἀπών, ἔπειτα πρὸς Καίσαρα, καὶ τὸν Ἰουδαῖον ὑπεξέκρυπται, καταχρησάμενον αὐτῷ τῇ ὁμοιότητι πρὸς ἐργασίαν. παραυτὰ γὰρ εὐληφέναι δῶρα καθ' ἑκάστην πόλιν, ὅσα ζῶν Ἀλέξανδρον οὐκ ἔλαβε. γελάσας δὲ Καῖσαρ ὅτι τούτοις, τὸν μὲν Ψευδαλέξανδρον διὰ εὐεξίαν σώματος ἐγκατέταξε τοῖς ἐρέταις, τὸν δὲ εἰσπεύσαντα δὲ ἀνεῖλεν ἀναμαθὼν. Μηλίοις δὲ ἤρκεσεν ὀφθῆναι τῆς αἰτίας τὰ ἀναλώματα.

ια'. γ'. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἐθναρχίαν Ἀρχέλαος, ὃ κατὰ μνήμην τὴν πάλαι διαφοράν, ὃ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ Σαμαρεῦσι χρησάμενος ὠμῶς, [b] ἐπισφευσαμένων ἑκατέροις κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα, ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐνάτῳ [c] φυγαδεύεται μὲν εἰς Βίενναν πόλιν τῆς Γαλατίας αὐτὸς, ἡ οὐσία δ' αὐτοῦ τοῖς Καίσαρος ἴδιοις ταμείοις ἐγκαταλογεῖται. πρὶν κληθῆναι δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὅταρ ἰδεῖν φασι τοιόνδε. ἔδοξεν ὁρᾶν σάχος [d] ὀνέου, πλῆρες καὶ μεγάλων, ἃ τοὺ βόες κατεβιβρωσκόμενοι. μεταπεμψάμενος δὲ τοὺς μάντεις καὶ τοὺς [e] Χαλδαίων τινὰς, ἐπυνθάνετο τί σημαίνειν δοκοῖεν. ἄλλοι δὲ ἄλλως ἐξηγουμένων, Σίμων τις Εσσαῖος τὸ γένος ἔφη· "τοὺς μὲν σάχας, ἐνιαυτοὺς νο-"μίζειν, τοὺς δὲ βοῦς, μεταβολὰς πραγμάτων, ἃ-"τὸ τὴν χέρσον ἀροτριῶντας ἀλλάσσειν. ὥστε [f] βασι-"λεύσειν μὲν αὐτοὺς τοὺς σάχας ἀριθμοὶ, τὸ ποικίλους "δὲ πραγμάτων μεταβολῆς γενόμενον τελευτήσειν." τοῦτα ἀκούσας Ἀρχέλαος, μὴ πέντε ἡμέρας, ὅτι μὴ δέκα μετεκλήθη.

δ'. Ἄξιον δὲ μνήμης ἡγησάμην ὃ ὁ τούτου γυναικὸς αὐτοῦ Γλαφύρας ὄναρ, ἣν ἔσχε γυναῖκα Ἀρχελάου τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως, γυνὴ δ' Ἀλεξάνδρου γενομένη ὁ πρώτου, ὃς ἦν ἀδελφὸς [g] μὲν Ἀρχελάου, τοῦ δὲ δεύτερον, υἱὸς δ' Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ὑφ' οὗ ὁ μὲν ἀνῃρέθη, καθάπερ προδεδηλώκαμεν, μὴ δὲ ἡ ἐκείνου γαμετὴ, σωφρόνησεν ἰδοῦσα [h] τὸν βασιλεύοντα Αἰγύπτου, ὃ τελευτήσαντος ἐπανελθοῦσ' αὐτὴν ὁ χηρεύσας παρὰ τοῦ πατρὸς γαμεῖται ὁ ἐθνάρχης Ἀρχέλαος, ὅτι τοσοῦτον ἔρωτος ἦλθεν, ὥστε παραχρῆμα, τὴν σωφροσύνης αὐτοῦ Μαριάμμην ἀποπεμψάμενος, ἐκείνην ἀγάγεσθαι. ὧδε γενομένων τούτων εἰς Ἰουδαίαν, μετ' ὀλίγον τῆς ἀφίξεως χρόνον, ἔδοξεν ὀπτασίαν τῆς Ἀλεξάνδρου αὐτῇ λέγειν. "ἀπέχρη μὲν ὁ σὺν Λιβύῃ "σοι γάμος, σὺ δὲ οὐκ ἀρκεσθεῖσα τούτῳ, πάλιν ὅτι τῆς ἐμοῦ "ἐστίας ἀναχάμπτεις, τρίτον ἄνδρα, ὦ τοῦτα τῆς ἀδελφοῦ, ὦ "τολμηρὰ, τῆς ἐμοῦ ἠρημωμένη. πλὴν οὐ περιόψομαί γε ὕβριν, ὑπο-

comminiſci. Atque ille ſe indicaturum eſſe pollicitus eſt, & Cæſarem ſequutus ad eum accedit, atque Judæum **ei* oſtendit, qui formæ ſuæ ſimilitudine ad quæſtum abuſus eſt. tanta enim dona à civitatibus eum ſingulis accepiſſe, quanta vivus Alexander non conſequutus fuiſſet. Cum autem ad iſta riſiſſet Cæſar, Pſeudalexandrum quidem propter habitudinem corporis remigum ordini inſeruit, fraudis vero auctorem interfici juſſit. Cæterum Melii, ſumptibus quos fecerant, ſtultitiæ pœnarum ſatis dediſſe viſi ſunt.

Qui vir ſit fatetur Pſeudalexander. Ant. p. 787.

Ad remiges relegatur. ibid.

VI.

3. Cum autem Archelaus ethnarchia ſuſcepta, ſuperioris diſcordiæ memor, non ſolum Judæos ſed etiam Samarienſes, crudeliter tractaret, ab utriuſque populi legatis accuſatus apud Cæſarem, anno regni nono in exſilium pellitur Viennam, quæ Galliæ urbs eſt, & ejus patrimonium fiſco Cæſaris adjudicatur. Verum prius quam à Cæſare accerſeretur, hujuſcemodi ſomnium dicitur vidiſſe. Sibi viſus eſt *in ſomnis* ob oculos habere novem ſpicas, plenas & magnas, quas boves depaſcebant. Cumque conjectores acciviſſet & Chaldæorum nonnullos, eos interrogabat, quidnam *illis* ſignificari putarent. Aliis autem aliter *viſum* interpretantibus, Simon quidam, genere Eſſenus, dicebat: "ſpicæ quidem mihi videntur *eſſe* an-"ni; boves vero rerum mutationes *indicare*, "eo quod dum ararent terram *verterent* & "mutarent. adeoque totidem annos regnatu-"rum, quot numero eſſent ſpicæ, tandem ve-"ro poſt varias rerum viciſſitudines moritu-"rum eſſe." Iſtis auditis, poſt quinque dies Archelaus ad cauſam dicendam accitus eſt.

Archelaus accuſatur & in exſilium mittitur. Ant. p. 788.

Ejus ſomnium. ibid.

4. Dignum etiam eſt quod memoretur Glaphyræ ſomnium, quæ filia erat Archelai Cappadocum regis, primumque uxor Alexandri (qui frater quidem erat Archelai, de quo loquimur, filius vero regis Herodis, à quo interfectus eſt, ut jam ante memoravimus) & ejus poſt deceſſum nupta Jubæ regi Libyæ; quo defuncto, cum ipſam reverſam, & apud patrem in viduitate degentem, conſpexiſſet Archelaus ethnarcha, adeo amore accenſus eſt, ut ſtatim, repudiata conjuge ſua Mariamne, eam duceret. Hæc igitur, cum in Judæam rediiſſet, brevi poſt tempore quam eò veniret, cernere viſa eſt Alexandrum adſtantem ſibi *iſta* dicere. "Sa-"tis fuiſſet tibi Libycum matrimonium, ſed "tu, illo non contenta, rurſum ad meos pena-"tes reverteris, tertio marito, ipſoque fratre "meo, ὁ audaciſſima, tibi adſcito. Verum "non inſuper habebo contumeliam, ſed te, licet

Glaphyræ ſomnium. Ant. p. 789.

a Καίτοι τοῦτα πρὸς αὐτὸν δηλ. *Bod.* b In hunc modum diſtingui poteſt ſententia, ἀφιστόδημον ἐγκατέτρεψαν κατ' αὐτοῦ πρὸς Καίσαρα· ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐνάτῳ, φυγαδεύεται μὲν εἰς B. ut delatum ſtatuamus Archelaum anno *nono*, relegatum *decimo*. quo modo ſibimet conciliari poteſt *Joſephus*, qui in *Ant.* p. 788. §. 2. decimo relegatum fuiſſe ſcribit. *Aldr.* Sed quidni, relegatum intelligamus Archelaum, *nono* quidem anno regni ſui exacto & completo, *decimo* vero inchoato. *Caſaub.* c. *Baronium* p. 218. *Edit. Lond.* Addeſis *Simſonum* in *Chronic. Cathol.* parte VII. ad *Annum Chriſti* X. c Meminit *Strabo* XVI. p. 765. Quin & *Dio.* LV. p. 567. in hæc verba. Ὅτι Ἡρῴδης Παλαιστινὸς αἰτίαν τινὰ λαβὼν τοῦ ἀδελφοῦ λαιὸν, καὶ πρὸς Ἄλπεως ὑπερμεληθὲν, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἀδημονήσαν. Quem Herodem Palæſtinum vocat non alius eſt quam hic ipſe Archelaus; in exſilium proinde miſſus M. Æmilio Lepido, L. Arruntio Nepote Coſſ. h.e. A.U.C. 759. circa finem. Neque vero *Dionem* in Archelai nomine lapſum exiſtimo; quin potius Archelaum (ſicut Antipam quoque & Philippum) Herodis nomine gaviſum; atque hujus denique eſſe nummum, de quo ambigit *Ez. Spanhemius* in libro *de Præſtantia & Uſu Numiſmatum*, p. 447. *Edit. Amſt.* 1671. [& quem in *Edit. Lond.* p. 521.] Herodi primo ſeu Magno adſcribit, cujus una facies ΗΡΩΔΟΥ altera ΕΘΝΑΡΧΟΥ inſcribitur. *Aldr.* d Subducta temporum ratione ab Herodis morte, relegatum intelligimus Archelaum anno principatus ſui decimo, ſed vixdum inchoato. Is enim cœpit exeunte Novembri; Archelaus vero relegatus eſt ante Kalendas ſequentis Januarii. Quibus rite perpenſis, tum facile conſtabit Archelaum anno regni non decimo, ſed exeunte nono accuſatum, tum eodem fere tempore hoc illi ſomnium contigiſſe; in quo (quod hiſce congruum eſt ſentire) non decem ſpicas viderit, ſaltem non decem plenas integraſque, ſed novem tantum. Quorſum vero *Joſephus* in *Originibus* pro *novem* & *nono* ſubſtituerit *decem* & *decimo*, & utra ſit verior lectio, cuivis alteri inquirendum libentiſſime relinquo. *Aldr.* Videſis *Langium* in lib II. *de Annis Chriſti*, p. 348. e Chaldæi ita artis divinandi & ſomnia interpretandi periti erant, ut quod nomen gentis fuerit, factum ſit nomen profeſſionis. f Ita *Big.* & *Ruf.* βασιλεύσειν in *cæteris*. g Illud μὲν adjectum eſſe volui è *Cod. Big.* & *Ruf.* h Τῷ βασιλεῖ *Ruf.* & *Græci nonnulli.* * *Al.* accuſat.

"licet invitam, ad me recipiam." Poſtquam hoc ſomnium narraſſet vix ultra biduum vixit.

"λήψομαι δ' σε καὶ μὴ θέλουσαν." τοῦτο δηγησαμένη ὁ ἀνὴρ, δύο μόνας ἡμέρας ἔβίω.

VII.

CAP. VIII.

Archelai ethnarchia in provinciam redacta. Seditio Judæ Galilæi. Judæorum tres ſectæ.

Archelai ethnarchia in provinciam redacta, Coponius fit procurator. Antt. p. 789.

ARchelai autem regione in provinciam redacta, procurator quidam, ordinis apud Romanos equeſtris, Coponius, mittitur, * ſumma à Cæſare poteſtate accepta. Eo provinciam adminiſtrante, vir quidam Galilæus, cui nomen erat Judas, ad defectionem in-

Judas defectionis auctor. Antt. p. 792.

digenas excitabat, ignavos dicens, ſi Romanis tributum pendere ſuſtinerent, & poſt Deum mortales dominos agnoſcerent. Erat autem hic propriæ ſectæ ſophiſta, nulla in re aliis ſimilis.

Judæorum Sectæ. ibid.

2. Nam tria hominum genera apud Judæos philoſophantur, & unius quidem *generis* aſſeclæ ſunt Phariſæi; alterius vero Sadducæi; tertium vero, quod ſane vitam ſeveriorem exer-

De Eſſenis, eorumque moribus & inſtitutis. ibid.

cere videtur, Eſſeni appellantur; gente quidem Judæi, at mutuo ſeſe amore magis quam alii complectentes. Iſti à voluptatibus tanquam à ſcelere abhorrent, continentiam vero *ſervare*, & cupiditatibus non ſuccumbere pro virtute *maxima* ducunt. Et ipſis quidem deſpectui habentur nuptiæ, alienos vero liberos, dum ad *capeſſendas* diſciplinas molles adhuc ſunt, ſuſcipientes, pro cognatis ſuis reputant, ſuiſque moribus informant: non tamen matrimonium, & *legitimam* ex eo ſucceſſionem tollentes, ſed ſibimet à procaci mulierum petulantia caventes, nullamque eorum uni *viro* fidem ſervare *poſſe* perſuaſum habentes.

Conſer Antt. p. 793. v. 39.

3. Quin & divitias contemnunt, & admiranda plane inter eos obtinet bonorum communio, neque quiſquam apud eos inveniri poteſt qui plura aliis poſſidet. Lege ſancitur ut qui iſti ſectæ nomen ſuum dare velint, facultates ſuas ſodalitio communes facerent: adeo ut inter omnes neque egeſtatis humilitas, nec opum vis immodica appareat, ſed permixtis ſingulorum facultatibus, unum omnium ſit tanquam fratrum patrimonium. Labis autem inſtar oleum habent, & ſi quis vel invitus unctus fuerit, corpus abſtergit. * nam ſqualere honori ducunt, & veſte candida ſemper indui. De-

Conſer Antt. p. 793. v. 45.

ſignatos autem communium rerum procuratores habent; & ad uſus omnium ſingulos in-

ΚΕΦ. η'.

Τῆς Αρχελάου ἐθναρχίας εἰς ἐπαρχίαν συνεχωρήθη. στάσις Ιούδα Γαλιλαίου. τρεῖς Ιουδαίων αἱρέσεις.

ΤΗΣ δὲ Αρχελάου χώρας εἰς ἐπαρχίαν συνεχωρήθης, [a]ἐπίτροπός τις ἱππικῆς τάξεως [b]Κοπώνιος πέμπεται, [c]μόχλει δ' ἐλεύθερα λαβὼν παρὰ τοῦ Καίσαρος ἐξουσίαν. [d]ἐπὶ τούτου τοῦ χρόνου Γαλιλαῖος Ιούδας ὄνομα εἰς ἀπόστασιν ἔτρεπε τοὺς ὑπηκόους, κακίζων, εἰ φόρους τε Ρωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ θεοὺς θνητοὺς δεσπότας. ἦν δὲ οὗτος, σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως, [e]οὐδενὶ τοῖς ἄλλοις προσομοιούς.

β'. Τρία γὰρ παρὰ Ιουδαίοις ἦσαν φιλοσοφοῦντα, καὶ τῶν μὲν αἱρετιστὰς Φαρισαίους, τῶν δὲ Σαδδουκαίους, τρίτον δὲ ὃ δὴ καὶ δοκεῖ [h]σεμνότητα ἀσκεῖν, [i]Εσσηνοὶ καλοῦνται, Ιουδαῖοι μὲν γένος ὄντες, [k]φιλάλληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν, [l]ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι καὶ γάμου μὲν ὑφορίαν περὶ αὐτοῖς, τὰς δ' ἀλλοτρίας παῖδας ἀναλαμβάνοντες, ἁπαλὰς ἔτι περὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ἑαυτῶν διατυποῦσι· τοὺς μὲν γάμους, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν διαδοχὴν, οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλασσόμενοι, [m]καὶ μηδεμίαν πρῶτον πιστευόμενοι τοῦ περὸς ἕνα πίστιν.

γ'. Καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ' αὐτοῖς ὁ [n]κοινωνικὸν, ὥστε ἔστιν εὑρεῖν κτήσεως παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα. νόμος γὰρ τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας, δημόσιον τὸ τάγμα τὴν οὐσίαν· ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μήτ' ὑπερέχον πλοῦτον, τὰ δὲ ἑκάστου κτήματα ἀναμεμιγμένοις μίαν ἅπασιν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι. κηλῖδα δὲ ὑπολαμβάνουσι [o]τὸ ἔλαιον, κἂν [p]ἀλιφῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα· τὸ γὰρ αὐχμεῖν οἱ καλῷ πίπτειν, λαμπρυνεῖν τι ἀμπαντός. χιτῶσι δὲ [q]ὡ τῷ κοινῶν θησαυλεταὶ, καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς ἅπαντας εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι.

δ'. Μία

a Ἐπίτροπος τῶν ἱππ. b Ita *Big. Rhed.* & in *Antt.* p. 791. v. 10. Κουάντιος hîc loci in *Editis Aliiſque.* c Τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξουσίᾳ in *Antt.* p. 791. v. 12. d Ἐπὶ τούτου *Bod* & *Euſeb.* in *H. E.* l. 1. c. 5. quod *ea tempeſtate* vertit *Valeſius.* atque *deinceps* reddit *Montacutius* in *Originibus Eccl.* Part. 1. p. 315. e Ita *Bod.* & *Ruf.* Γαλιλαῖον in *ceteris.* Hunc *Joſephus* iterum appellat Galilæum in *Antt.* p. 794. v. 3. & p. 886. v. 36. & *Gamaliel* apud *Apoſtolum* in *Act.* V. 37. quare certum eſt recte dici Galilæum. Verum in *Antt.* p. 792. v. 3. Γαυλανίτης δὲ ἀνὴρ dicitur ὁ πόλεως ὄνομα Γάμαλα, qui locus haud dubie depravatus eſt; nam eum laudans Joſephus *Antt.* p. 886. aſſerit ſe Judam noſtrum (non Gaulanitem, ſed) Galilæum ante dixiſſe. *ai πατρίς* inquit Ἰούδᾳ ἦν Γαλιλαῖος — ἦν τε λαὸν ἐπὶ Ρωμαίων ἀνασείσαντος, Κυρηνίου τὰ Ἰουδαίοις πρώτῳ ἔτει, ὡς οὐ χρὴ τούτων ἀνεχόμενον. Præter Gamalam Gaulanitidis alia erat Gamala Galilææ de qua vide *Belli* lib. III. *Aldr.* Confer quæ annotavimus ad p. 792. v. 3. f Τὰ μὲ λοιπὰ πάσιν γνώμης τῆς Φαρισαίων ὁμολογοῦσι, δυσκίνητος ἦν ἐλεύθερος ὅμως εἰσὶν αὐτοῖς &c. *Antt.* p. 794. v. 4. g Quæ de Eſſenis dicta ſunt hoc capite, *Porphyrius* exſcripſit *de Abſt.* IV. 11. 12. 13. & ex *Porphyrio* etiam *Euſebius* in *Præp.* IX. 2. De iis ſcribit alibi *Joſephus* in *Antt.* p. 574. 699. & 793. Quæ *Porphyrius* exſtitiſſe dicit l. 2. *contra Apionem*, ea hodie non comparent. De Eſſenis præterea ſcripſit *Philo* in *lib. ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος.* p. 600. Ex ejuſdem *Apologia pro Judæis* elegantem locum profert *Euſebius* in *Præp.* VIII. 10. De Eſſenis denique *Plinius* in *N. H.* V. 17. Quicquid ſani apud alios ſcriptores invenitur ex hiſce fontibus promanavit. *Aldr.* h Σεμνότητα ſortan *Ruf.* qui hoc modo *interpretatur, tertium vero quod etiam probabilius habetur.* i Alibi quidem Ἐσσαῖοι. nam utroque nomine appellari ſolent. *Aldr.* k Hoc modo legiſſe videtur *Rufinus*, Φιλάδελφοι δὲ μᾶλλον, καὶ τῶν ἄλλων πλέον τοὺς μὲ ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται. nam vertit, *verum inter ſe mutuo amore conjunctiſſimi; & qui præter cæteros voluptates quidem quaſi maleficia vitarent* &c. Eſſenorum inſtituta cum Pythagoricis plerumque conveniunt. *Antt.* p. 699. v. 5. & p. 794. v. 2. Dacos enim à Zamolxide Pythagorico inſtitutos perinde notum eſt atque Pythagoram ipſum ſua pleraque à Judæis eſſe mutuatum. *Aldr.* l *Ruſinus*, qui ἀρετὴν *virtutem maximam* interpretatur, non aliter legit; ſed ἀρετὴν recte intellexit *immunitatem* eſſe ſumendum. *Aldr.* m Illa τῆς μεδ. τ. π. τ. π. ἴ. *nisi* deſiderantur apud *Porphyrium*, in lib. IV. *de Abſtinentia*, §. XI. ut & apud *Euſebium* de *Præp. Evang.* lib. IX. cap. 3. n Κοινωνικὸν *Porphyr. Euſeb. Busb.* & *Rhed.* o Τὸ ἔλαιον. *Porph.* & *Euſeb.* p Ἀλειφθῇ *Porph.* ἀλειφθῇ *Euſeb.* q Illud *ὡ* deeſt *Porph.* * Sive magis ad verbum, *vitæ neceſſique à Cæſ.* &c. quod *Ruſinus* ita reddidit, ac ſi legiſſet tantum ὑπὲρ τοῦ, ſc. *ea ſibi à Cæſare mandata poteſtate.* † Squalorem decorem putant, dummodo ſemper in veſte ſint candida, *Ruf.* Squalorem non ſecus ac perpetuum candidæ veſtis uſum honori ducunt. *Viger.*

a Αὐτοῖς

δ'. Μία δὲ ὐκ ἔστι [a] αὐτῶν πόλις, ἀλλ' οἱ ἐκάστη [b] χαζοικοῦσι πολλοί· καὶ τοῖς ἐτέρωθεν ἥκουσιν [c] αἱρετιζομένοις ἀναπίπλα) τὰ παρ' αὐτοῖς ὁμοίως ὥσπερ ἴδια, [d] καὶ πρὸς οὓς ἦλθον πρότερον εἴδοσι εὐσίασιν ὡς συνηθιζάτους· διὸ καὶ πανταχοῦ) τὰς ἀποδημίας, ὁδὸν μὲν ὅλως ὠφελιμιζόμενοι, ληστὰς δὲ τοὺς λησταὶς ἔνοπλοι. κτήσεων δὲ οὐ ἐκάστη πόλει ὅ τάγματος ἐξαίρετος τὸ ξένιον ἀποδείκνυ), ταμιοῦσι ἐσθῆτα καὶ τὰ ὑποδήματα. καλασολὴ δὲ καὶ σχῆμα σώματος ὅμοιον τοῖς μὴ φόβῳ παιδαγωγουμένοις παισίν. ὅτε δὲ ἐσθῆτας, ὅτε ὑποδήματα ἀμείβουσι, πρὶν ἢ ἀχρρᾶγῆναι ὁ πρότερον παντάπασιν, ἢ διαπατηθῆναι τῷ χρόνῳ. [e] οὐδὲν οὐ ἀλλήλοις ὅτε ἀγοράζουσιν ὅτε πωλοῦσιν, ἀλλὰ ὃ χρήζουσι δίδωσ ἕκαστος [f] τὰ παρ' αὐτῷ, ὃ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται· καὶ χωρὶς δὲ ὁ ἀντιδόσεως, ἀκώλυτος ἡ μετάληψις αὐτοῖς παρ' ὧν ἂν ἐθελήσωσι.

ε'. Περὶ γε μὴν ὁ Θεῖον [g] ἰδίως εὐσεβεῖς· πρὶν γὰρ ἀναφανῆ τὸ ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἔκαστοι τέχνας ἴσασιν ὑπὸ τὸ ὑπουργοῦ [h] ἀφίενται, καὶ μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι σωτόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον, ζωσάμενοί τε [i] σκεπάσμασι λινοῖς, ὕπως ἀπολύονται ὁ σῶμα ψυχρεῖς ὕδασι· καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἔνθα μηδενὶ τῶν ἑτερόδοξων ὑποτέτραπται παρελθεῖν· αὐτοί τε καθαροὶ καθάρῳ εἰς ἄγιόν τι τέμενος ἀφικνοῦνται ὁ δειπνητήριον. καὶ καθισάντων μὴ ἡσυχίας, ὁ μὲ σιτοποιὸς ἐν τάξει ἀποτίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ [k] παρατίθησι. προκατάρχεται δὲ ὁ ἱερεὺς [l] τῆς τροφῆς, καὶ γεύσασθαί τινα πρὸν τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον. [m] ἀριστοποιησάμενος ἐπεύχεται [n] πάλιν· ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεὸν, [o] ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς. ἔπειτα ὡς ἱερεῖς καθεζόμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν ἐπ' ἔργα μέχρι δείλης πέπονται. δειπνοῦσι δὲ ὡσαυτῶς ὁμοίως συγκαθιζομένων τῶν ξένων, οἳ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὐδὲ κραυγή ποτε ἢ οἶκον, ὅτε χορὸς μολυσμοῦ, τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλλήλοις· καὶ τοῖς ἔξωθεν, ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. [q] τούτου δὲ αἴτιον [r] ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ

4. Illis non eſt una civitas certa, ſed domicilia habent multi in ſingulis: ac ſuæ ſectæ hominibus aliunde advenientibus quicquid habent æque patet ac ſi *eorum* proprium eſſet, & ad eos quos nunquam viderant, quaſi maxime familiares, ingrediuntur. quare cum peregre proficiſcuntur, nihil omnino in victum tollunt, contra latrones tamen arma geſtant. In ſingulis vero civitatibus certus quidam hoſpitum curator conſtituitur, qui veſtes aliaque neceſſaria ſuppeditet. Amictus autem cultuſque corporis [1] qualis puerorum, in metu & ſub cura magiſtri agentium, eſſe ſolet. Imo nec veſtem nec calceos mutant, donec priora vel diſciſſa omnino fuerint vel vetuſtate detrita. Nihil inter ſe emunt, nec vendunt quicquam; ſed egenti unuſquiſque è ſuis largiens, viciſſim ab eo, quod ſibi uſui ſit, accipit: & ſi nihil mutuo rependant, eos tamen à quibuſcunque velint, accipere nihil vetat.

5. Cæterum erga Deum pietate *ſunt* ſingulari: nihil enim [2] profani ante ſolis ortum loquuntur, ſed patria quædam vota ei nuncupant, quaſi ut illuceſcat obſecrantes. Tum ad eam quam quiſque novit artem à curatoribus dimittuntur, in qua perpetuo & continenti ad quintam horam labore verſati, eundem ſimul in locum denuo conveniunt, ac lineis præcincti velaminibus, ita *demum* corpus frigida abluunt: moxque ab ea luſtratione proprium in domicilium, quo alterius ſectæ nemini pedem inferre licet, una omnes confluunt; ipſique ab omni labe puri, non aliter ad cœnaculum, quam ad delubrum quoddam ſanctius, accedunt. atque ubi placide ac quiete conſederint, piſtor quidem panes ſuo cuique ordine apponit; coquus vero ſingulis unum pulmenti ejuſdem vaſculum apponit. Sacerdos autem antequam cibum capiunt preces adhibet, nec ulli ante precationem quicquam guſtare fas eſt. *Idem* finito prandio iterum precatur; & cum *edere* incipiunt & deſinunt, Deum venerantur, ut qui omnia ad victum largiatur. Tunc [3] veſtibus quaſi ſacris depoſitis, rurſum ad opera ſua redeunt uſque ad veſpertinum crepuſculum: atque inde reverſi cœnam eodem *quo prandium* ritu ſumunt, conſidentibus ſimul hoſpitibus, ſi qui forte advenerint. Neque vero clamor unquam aut tumultus domum contaminat, ſed loquendi vices ordine alii aliis concedunt: illiſque qui foris ſunt horrendi inſtar myſterii videtur ſilentium eorum qui intus ſunt. Hujus autem rei cauſa perpetua ſobrietas,

Confer Antt. p. 793. v. 34.

a Αὐτῆς *Bod.* *b* Ita cum *Cod. Busb.* μετοικοῦσι in *ceteris.* *c* Sic *Big. Busb. Rhed. Bod.* & *Euſeb.* αἱρετιζομένοις *Baſ.* & *Gen.* αἱρεσιώταις *Porph.* *d* Ἀναπίπτουσι τοῖς παρ' ἀλλήλοις, ὃ οἱ αὐτῶν ἰδίοις εἰσίασιν ὥσπερ [ὡς ὡσεὶ *Euſeb.*] συνήθεσι. διὸ ὁδὸν ὑποκομιζόμενοι ἀνδημάτων ἀναλωμάτων ὑπερ. ὅτι δὲ ἐσθῆτα &c. *Porph.* & *Euſeb.* reliquis omiſſis. *e* Οὐδὲν ἧ οὐ ἀλλ. *Busb. Bod.* & *Rhed.* οὐδ' ἀγοράζουσί τι οὐδὲ π. *Porph.* & *Euſeb.* *f* Τὰ παρ' ἑαυτοῦ *Porph.* & *Euſeb.* παρ' αὐτῷ *Bod.* *g* Ἰδίως *præcipue*, ut vertit *Ruffinus*; ſeu potius *peculiari modo.* Apud *Joſephum*, p. 793. v. 34. dicuntur βίλησι ἀνδρὸς τὸ πρόσω. quod nequaquam diceret, ſi Eſſenos *Solicolas* h. e. idololatras eſſe cenſuiſſet. Quare quod mox ſequitur οἷς αὐτὸν benigna interpretatione leniendum eſt. Exſtant in ſacris quoque literis ἰσχὺς, ὡσὸς τὸ Θεὸν quidem, ſed & οἷς τὸ ἥλιον. v. g. *Pſal.* XIX. 4. 5. 6. & CIV. 19. — 23. qui locus Eſſenorum propoſito valde eſt accommodatus. Quod ſi Eſſeni, ut exiſtimat *Serarius*, ſolem ipſum *per proſopopœiam appellaverint ut felix fauſtuſque oriretur omnibus*, poterant ſe tueri Solomonis exemplo qui ventos ſimiliter appellavit. *Surge Aquilo & veni Auſter perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Cant. IV. 6. Aldr. Illa οἷς ἥλιον ita interpretanda cenſeo, ut intelligatur, illos bis ſingulis diebus, h. e. ad ortum & occaſum ſolis, *facie verſus ſolem converſa* ſolennes orationes habuiſſe. *Bernardus.* *h* Ἀφίενται *Euſeb.* ἰέναι ἀφίενται *Porph.* *i* Σκέπασμα *Porph.* *k* Vocem παρατίθησι nec agnoſcunt *Porph.* & *Euſeb.* nec *Ruffinus.* & commode ſatis abeſſe poteſt. Πάντων προτίγου apud *Cedrenum* in *Hiſt. Compendio*, p. 199. *l* Τῆς τροφῆς ἀγνῶς ὕπνος τῆ καθαρᾶς τῆ γλώσσης *Porph.* & *Euſeb.* immo & τινι pro τινα habet *Porph.* *m* Ἀριστοποιησάμενος δὲ *Big. Bod. Rhed.* & *Euſeb.* ἀριστοποιησόμενος γ'. *Porph.* ἀριστήσαντα *Cedren.* *n* Πάλιν *Euſeb.* *o* Illa ὡς χ. τ. τροφῆς deſunt *Porph.* & *Euſeb.* *p* Μιαίνει *Porph.* & *Euſeb.* *q* Ita *Big. Busb. Porph.* & *Euſeb.* τοῦτο *Baſ.* & *Gen.* *r* Si cum hoc loco committatur alius *Cedreni*, p. 190. *Editionis Regiæ*, ubi dicitur, μὴ τὸ συνήθως σιωπῆς τῆ σιμφοκρατοῦς κρατεῖσθαι, ἐπ' οἰκοὺς πάλιν ἰέναι τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι, τοὺς βεβηλουμένους ὕπνους τῆ καθαιρομένους ἐκπαίζομένους, ὅπερ ἐστὶ αὖπνοι ἡ διηνεκὴς νῆψις &c. forſan alicui mirari ſubeat eorundem diverſitatem. Nam apud *Joſephum* de ſomno ne verbum quidem: rectius tamen ſobrietas dicitur eſſe cauſa *ſomni brevis leviſque* quam *ſilentii.* Videtis *Cotelerii* notas ad *PP. Apoſtol.* p. 261. 1 Omnibus pueris in metu & ſub cura magiſtri agentibus par eſt, *Ruf.* 2 *Al.* de rebus profanis. 3 *Sc.* quas menſæ accumbentes habebant. Vide *Poſſinum* in *Spicilegio Evang.* c. XLIX.

tas, [1] & cibi & potionis uſque ad ſatietatem dimenſio.

6. Et cæterorum quidem nihil eſt quod ſine [2] curatorum mandato faciunt: duo vero iſta in ipſorum poteſtate ſunt, alios juvare, eorumque miſereri. Nam dignis, quandocunque aliquid ab iis peterent, ſuo arbitrio cuique licet, ut & egentibus alimenta porrigere: ſed cognatis aliquid donare niſi juſſu curatorum non permiſſum eſt. Iræ diſpenſatores juſti *ſunt*, iracundiæ coërcitores, fidei antiſtites, pacis adminiſtri. Et quicquid ab ipſis quidem dictum ſit firmius eſt jurejurando: jurare autem ipſis [3] ſupervacuum eſt, ita ut perjurio pejus æſtiment. jamjam enim eum damnatum dicunt, cui abſque Deo nequaquam creditur. Mirabile autem ſtudium collocant in veterum ſcriptis *pervolutandis*, ex quibus ea maxime deligunt, quæ animæ corporique conducant. hinc diligenter inveſtigant & radices remediis afferendis idoneas, & lapidum proprietates quibus medicinam morbis faciant.

7. Porro ei qui hujus ſectæ ſtudio tenetur, non continuo patet ingreſſus, ſed foris annum integrum manenti [4] genus idem vitæ præſcribunt, & dolabellam & cingulum prædictum & veſtem candidam tradunt. Poſtquam vero hoc temporis intervallo continentiæ ſuæ documenta dederit, propius quidem ad inſtituti communionem accedit, ac purioribus aquis una cum cæteris luſtrari incipit: necdum tamen ad convictum admittitur. nam per duos ulterius annos, poſtquam tolerantiam ſuam palam fecerit, mores ejus explorant: & ſi dignus apparuerit, tum demum in conſortium admittitur. Priuſquam vero communem cibum attingat, horrendis ſemet illis juramentis adſtringit. primum quidem, pie ſe culturum Deum; deinde & jus ſervaturum cum hominibus; & neque ſe læſurum quenquam ſive ſponte ſive ex imperato; injurioſos vero omnes odio perpetuo habiturum, & juſtis adjutorem fore. fidem ſe ſemper omnibus ſervaturum, maximeque iis qui imperant; quod nemini ſine Deo obveniat imperandi poteſtas. Quod ſi ipſe imperium fuerit adeptus, non ſuperbe & petulanter uti poteſtate; neq; veſtitu aut ornatu cæteros ſubditos exſuperare. Veritatem ſemper amare, propoſitumque habere mentientes redarguere. Manus à furto, & animum ab iniquo quæſtu purum cuſtoditurum. Nihil ſe celaturum ſodales *de dogmatis*, neque aliis aliquid indicaturum, nec ſi ad mortem cogatur. Præterea, jurant quiſque nemini quidem ſe aliter dogmata proditurum quam ipſe acceperit: ſe vero abſtenturum latrociniis, parique reverentia ſervaturum ſectæ ſuæ libros & angelorum nomi-

μετρεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τετφιὼ καὶ σοτοὶ μέχελ κόεσυ.

ς'. [2] Τῶν μὲ οὖν ἄλλων ὐκ ἔστι ὅ,τι μὴ τ' ὀπιμελητῶν τεταξάντων ἐνεργῆσαι· δύο δὲ ταῦτα παρ' αὐτοῖς αὐτεξούσια, ὀφελεῖα καὶ ἔλεος. βοηθεῖ τε γὰρ τοῖς ἀξίοις, ὁπόταν δέωνται, καὶ [b] κατ' αὐτὸς ἀφίε), καὶ τροφὰς ἐπιτετραμμένοις ὀρέγειν· τὰς δὲ εἰς τὸς συγγενεῖς μεταδόσεις ὐκ ἔξεστι ποιεῖσθαι δίχα τ' ὀπιτρόπων. ὀργῆς ταμίαι δίκαιοι, θυμῷ κεκτημένοι, πίστεως τεταγμένοι, εἰρήνης ὑπουργοί. καὶ πᾶν μὲ ὃ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκου· [c] τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς περίεστι, χεῖρόν τι τ' ἐπιορκίας ὑπολαμβάνοντες. ἤδη γὰρ ἤδη κατεγνῶσθαι φασὶ τ' ἀπιστούμενον, δίχα Θεοῦ. ἀγωνιζόμενοι δὲ ἐκτόπως περὶ [d] τὰ τῶν παλαιῶν συγγράμματα, μάλιστα τὰ τοὺς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιλέγοντες. ἔνθεν αὐτοῖς τοὺς θεραπείαν παθῶν, ῥίζαι τε ἀλεξιτήριοι, καὶ λίθων ἰδιότητες ἀνερευνῶνται.

ζ'. [e] Τῷ δὲ ζηλοῦντι τ' αἵρεσιν [f] αὐτῶν οὐκ εὐθὺς ἡ παροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τ' αὐτὸν ὑποτίθενται διαιταν, ἀξινάριόν τε, [g] καὶ ὃ περιζῶμά περίζωμα, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα δόντες. ἐπειδὰν δὲ τούτῳ ὃ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῷ, προσθεσει μὲ ἔγγιον τῇ διαίτῃ, καὶ [h] καθαρωτέρων τ' ποὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει· προσλαμβάνε) δὲ εἰς τὰς συνδιαίτους οὐδέπω. μετὰ γὰρ τινὰ τῆς χαρτερείας ἐπίδειξιν, δυοῖν ἄλλοις ἔτεσι ὃ ἦθος δοκιμάζε)· καὶ φανεὶς ἄξιος, ὅμως εἰς τ' ὁμιλον ἐγκρίνεται. πρὶν δὲ ἁψασθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὁμνυσι φρικώδεις, πρῶτον μὲ εὐσεβήσειν τὸ Θεῖον, ἔπειτα τὰ ποὸς ἀνθρώπους δίκαια [i] φυλάξειν, καὶ μήτε κατ' γνώμιον βλάψειν τινὰ μήτε ἐξ ὑποτάγματος, μισήσειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀδίκους καὶ [k] συναγωνιεῖσθαι τοῖς δικαίοις. ὃ πιστὸν ἀεὶ παρέξειν πᾶσι, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν, ἄ γὰρ δίκα Θεοῦ πρεγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν. καὶν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδὲ πώποτε ἐξυβρίζειν εἰς τιὼ ἐξουσίαν· μηδὲ ἐσθῆτι, ἢ τινι πλείονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερλαμπρύνεσθαι. ἀλήθειαν ἀγαπᾶν ἀεὶ, καὶ τοὺς [l] ψευδομένους ἐλέγχειν προσβάλλεσθαι. χεῖρας κλοπῆς, καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθαρὰν φυλάξειν. καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱρετιστὰς, μήτε ἑτέροις αὐτῶν τι μεταδώσειν, καὶν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. ποὸς τούτοις, ὀμνύουσι μηδενὶ μὲν μεταδώσειν τῶν δογμάτων ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς [m] μετέλαβεν· ἀφέξεσθαι δὲ λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ [n] τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα.

a Tota hæc paragraphe deſideratur apud *Porph.* & *Euſeb.* *b* Καθ' ἑαυτὸς ἱφίστη *Busb.* & *Bod.* καθ' αὐτὸς ἀφ. *Rhed.* *c* Nihilominus §. 9. jusjurandum dabant ſe religionem obſervaturos. Quare quod hic dicitur eodem ſenſu capiendum eſt quo apud Pythagoricos: qui quem prohibent jurare, non ab omni prorſus juramento, idque ſemper abſtinere volunt; ſed non jurare niſi poſtulet neceſſitas, & res inciderit juramento digna. *Hierocl. Comment.* p. 34. 222. *Aldr.* *d* Qualia erant quæ vulgo Solomonis eſſe ferebantur; de quibus vide *Ams.* l. VIII. p. 339. *Aldr.* *e* Ita *Busb.* & *Rhed.* τοῖς ζηλοῦσι in *cæteris.* *f* Αὐτῶν deeſt *Porph.* & *Euſeb.* *g* Καὶ προσίζωμα δόντες ἢ λευκὴν ἐσθῆτα *Porph.* & *Euſeb.* *h* Καθαρώτερον, *Porph.* ut & *Euſeb.* qui tamen in margine habet καθαρωτέρων. *i* Διαφυλάξειν *Porph.* *k* Συναγωνίζοσ *Porph.* συναδικεῖσ *Euſeb.* *l* Ita ſane *Ruſinus*, qui vertit, *& habere propoſitum convincere mentientes.* ψευδομένους δυνάμεσσ *Euſeb.* ψευδομένους προσβάλλεσσ *Porph.* quod non repudiandum putat *Victorius*; cum προσβάλλεσσ capi poſſit pro *odio proſequi*, ut apud *Plutarchum* in *Commentario de Iſide.* *m* Παρέλαβεν *Porph.* & *Euſeb.* *n* Difficile dictu eſt cur Eſſeni Angelorum nomina cuſtodierint. An quod iis ad morborum remedia in carminibus ſuis uterentur? An quod Angelis cultum aliquem exhiberent; quem nempe damnat *Apoſtolus* in *Col.* II. 8? Certe reliqua quæ ibidem damnantur Eſſenorum ſunt, & Eſſenis conveniunt præter cæteros. *Aldr.* 1 Quodque cibum & potum juſtæ neceſſitatis lege metiantur, *Viger.* *Al.* juſtæ ſaturitatis lege metiantur. *Al.* quòd cibum & potum tantum adhibeant ad ſatianda naturæ deſideria. 2 *Seu*, eorum qui ipſis à ſodalitio præficerentur. 3 *Al.* Jusjurandum vitant, rati id eſſe deterius perjurio. 4 Eundem victus ordinem, *Ruf.* Ejuſdem victus uſum, *Xyland.*

a Pro

τα. [a] τοιούτοις μὲν ὅρκοις τοὺς προσιόντας ἀσφαλίζονται.

η'. Τοὺς δὲ ἐπ' ἀξιοχρέοις ἁμαρτήμασιν ἁλόντας, ἐκβάλλουσι τοῦ τάγματος· ὁ δὲ ἐκριθεὶς, οἰκτίστῳ πολλάκις μόρῳ διαφθείρεται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν [b] οὐδεδεμένος, οὐδὲ τῶν πρὸς τοὺς ἄλλους τροφῆς δύναται μεταλαμβάνειν, [c] ποφαγὼν δὲ χόρτῳ τὸ σῶμα τηκόμενος ἀφαφθείρεται. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες ἐν τοῖς ἐσχάτοις [d] ἀναπνοαῖς ἀνέλαβον, [e] ἱκανὴν ὀρθὴν τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὴν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι.

θ'. [f] Περὶ δὲ τὰς κρίσεις ἀκριβέστατοί εἰσι, καὶ δικάζουσι μὲν οὐκ ἐλάττους τῶν ἑκατὸν συνελθόντες. τὸ δὲ δόξαν ὑπ' αὐτῶν ἀκίνητον. σέβας δὲ μέγιστον παρ' αὐτοῖς μετὰ τὸν Θεὸν, ὄνομα τοῦ νομοθέτου· κἂν βλασφημήσῃ τις εἰς τοῦτον, [g] κολάζεται θανάτῳ. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὑπακούειν καὶ τοῖς πλείοσιν, οὐ καλῶς πέφυκε. δέκα γοῦν συνκαθεζόμενοι, [h] οὐκ ἂν λαλήσαί τις ἀκόντων τῶν ὀνέα. καὶ τὸ πτύσαι δὲ εἰς μέσους ἢ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάσσουσι· καὶ τοῖς ἑβδομάσιν ἔργων ἐφάπτεσθαι, διαφορώτερον Ἰουδαίων ἁπάντων. [i] οὐ μόνον γὰρ τροφὰς ἑαυτοῖς τῆς ἡμέρας μιᾶς προσκευάζουσιν, ὡς μηδὲ πῦρ [k] ὀφαύσειν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· ἀλλ' οὐδὲ σκεῦός τι μετακινήσαι θαρρήσουσι, οὐδὲ ἀποπατεῖν. [l] τὰς δὲ ἄλλας ἡμέρας βόθρον ὀρύσσοντες βάθος πυγιαῖον [m] τῇ σκαλίδι, τοῦτον γάρ ἐστι ὁ διδόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀξινίδιον τοῖς νεοσυλλέκτοις, καὶ περικαλύψαντες [n] ἱματίῳ, [o] ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρίζοιεν τοῦ Θεοῦ, θαρρήσουσιν εἰς αὐτὸν, ἔπειτα τιλὺ ἀνορυχθεῖσῃ γῇ ἐφέλκουσιν εἰς τὸ βόθρον, καὶ τοῦτο ποιοῦσι τοὺς ἐρημοτάτους τόπους ἐκλεγόμενοι. καίπερ δὲ φυσικῆς οὔσης τῆς τῶν σωματικῶν λυμῆς ἐκκρίσεως, ἀπολύεσθαι μετ' αὐτιλὺ, καθάπερ μεμιαμμένοις, ἔθνος.

ι'. Διήρηνται δὲ, κατὰ χρόνον τῆς ἀσκήσεως, εἰς μοίρας τέτταρας· καὶ τοσοῦτον ⓐ μεταγενεστέρους τοὺς προγενεστέρους ἐλαττοῦσιν, ὥστε εἰ ψαύσειαν αὐτοὺς ἐκείνους ἀπολούεσθαι, καθάπερ ἀλλοφύλῳ [p] συμφορήτας. καὶ μακρόβιοι μὲν, ὡς τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν καθατείνειν ἔτη, διὰ τὴν ἀπλότητα τῆς διαίτης, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ τὴν εὐταξίαν. καθαρεύονται δὲ τῶν δεινῶν, καὶ τὰς μὲν ἀλγηδό-

na. Hujuſcemodi quidem juramentis ad cœtum ſuum venientes ſibimet devinciunt.

8. Deprehenſos vero in peccatis gravioribus ex ordine ſuo ejiciunt, iſque cui contigit è cœtu ejici non raro mortem obit miſerrimam. Nam juramentis & ritibus obligatus ne aliorum quidem eſcis uti poteſt; ſed dum herbas comedit corpus fame tabeſcit, atque ita interit. Quam ob rem etiam ipſi plurimos miſerati, extremum jam agentes ſpiritum receperunt; pro peccatis ſatis pœnarum, quod ad mortem uſque fuerint cruciati, dediſſe exiſtimantes.

"ne *imperatoris* præcepto inglorium ſit." Cum iſta ad ordinum ductores cum indignatione loquutus eſſet, non dubium erat, quin in omnes ex lege animadvertere voluerit. Atque illi quidem animis dejecti eſſe cœperunt, quaſi mortem mox oppetituri, idque juſte: circumfuſæ vero legiones Tito ſupplicabant pro commilitonibus, paucorumque temeritatem condonari *cæterorum* omnium obedientiæ precabantur; ut qui peccatum præſens emendaturi eſſent ſua in poſterum virtute. *Romani milites Tito ſupplicant pro commilitonibus.*

5. Perſuadetur id Cæſari & *illorum* precibus & quod è re ſua eſſet. *etenim unius hominis pœnam re vera exſequendam eſſe putabat; multitudinis vero, verbis tantum. Et cum militibus quidem in gratiam rediit, poſtquam illos multis monuiſſet, ut reliquo tempore cautè magis ſe gererent. Ipſe vero, quemadmodum Judæorum ulciſceretur inſidias, ſecum cogitabat. Cum autem intra quatriduum coæquatum eſſet intervallum omne uſque ad muros, eo animo ut impedimenta & reliquam multitudinem tuto traduceret, militum validiſſimos à ſeptentrionali tractu in occiduum uſque ſeptemplici ſecundum profunditatem ordine contra murum prætendit, peditibus in fronte ac poſt eos equitibus acie terna diſpoſitis, mediiſque inter utroſq; per ſeptenos collocatis ſagittariis. Cumque Judæi à militibus ita ordinatis ab excurſionibus prohibiti eſſent, trium legionum jumenta, itemque alia multitudo ſecure tranſiit. Et Titus quidem ipſe, cum circiter duo ſtadia à muro abeſſet, juxta partem ejus angularem, contra turrim quæ Pſephina appellatur, caſtra ponit, ad quam muri ambitus ad auſtrum pertingens flectitur verſus occidentem. Altera autem exercitus pars juxta turrim Hippicon nuncupatam circumvallata erat, duorum ſtadiorum ſpatio ſimiliter ab urbe diſtans. Veruntamen legio decima loco eodem manebat in Olivarum monte. *Titus cum militibus in gratiam redit.* *Acies à Tito inſtructa.*

ΚΕΦ. δ'. CAP. IV. VI.

Ἱεροσολύμων ἔκφρασις. *Hieroſolymorum deſcriptio.*

ΤΡισὶ δὲ ἀχυρωμένη τείχεσιν ἡ πόλις, καθ' μὲν τοὺς ἀβάτοις φάραγξιν [t] ἐκυκλοῦτο· ταύτῃ γὰρ ἦν εἰς ἰδὼν τοῖχος· αὐτὴ μὲν ὑπὲρ δύο λόφων ἀντιπρόσωπος ἔκτιστο, μέσῃ φάραγγι διηρημένων, εἰς ἰδὼν ἐπάλληλοι κατέληγον αἱ οἰκίαι. τῶν δὲ λόφων ὁ μέν, τὴν ἄκραν πόλιν ἔχων, ὑψηλότερος πολλῷ, καὶ ὃ μῆκος [u] ἰσότερος ἰδών. διὰ γοῦν τὴν ὀχυρότητα, φρούριον μὲν ὑπὸ Δαβίδου τοῦ βασιλέως ἐκαλεῖτο· πατὴρ Σολομῶνος ἰδών ὗτος, ὃς περὶ τὸν ναὸν κλίσαντος· ἡ δὲ ἄνω ἀγορὰ πρὸς ἡμῶν. ἕτερος δὲ ὁ καλούμενος Ακρα, καὶ τὴν κάτω πόλιν ὑφεστὼς, ἀμφίκυρτος. τούτου δὲ ἀντικρὺ τρίτος ἰδών λόφος, ταπεινότερός

Civitas autem triplici muro munita, niſi quà vallibus inviis cingebatur (ea enim parte ſimplici *duntaxat* circundata erat) ipſa quidem adverſis frontibus ſuper duos colles erat condita, media valle diſcretos, in quam utrinque deſinebant frequentes domus. Collium vero unus cui ſuperior inſidet civitas longe eſt excelſior, & in longitudinem directior. adeoque propter munitionem † caſtellum quidem à rege Davide appellabatur, (hic pater Solomonis erat, qui primus templum ædificavit) à nobis autem forum ſuperius. Alter vero Acra dictus, qui inferiorem ſuſtinet civitatem, †† utrinque declivis. Huic autem ex adverſo tertius erat collis, naturâ humilior *Urbis Hieroſolymitanæ deſcriptio.* *Colles quibus inædificata erat urbs.*

---

a Χρήσασθαι Big. b Παρῆντο Big. c Οὐδὲπω ποτὲ Big. d Ita Big. Vat. Voſſ. & Ruſ. φρονητῶν in Editis Aliiſque. e Ἱκετείαις Big. f Ὡς τὸ Big. & Vat. g Ita Big. ἡμωνέστερα in cæteris. h Πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι Big. i Κατὰ μέτρον Big. k Ita Big. & Voſſ. εἰσίσαν in Editis Aliiſque. l Πεφραγμένην Big. & Gall. m Illud ὅσον non agnoſcit Big. n Qua forſan erat porta in S. Literis dicta porta anguli, 2 Chron. 26, 9. o Ἐπ' ἄκρου Big. p Ita Big. & Ruſ. διεστῶτα in Editis Aliiſque. q Antea erat Ελαιῶν κεκλιμένος. & in Cod. Gall. Ελαιῶνος κεκλ. Verum auctoritate Cod. Big. & Ruſ. κεκλιμένος ejectum eſſe volumus. r Ita Big. & Ruſ. ἐκύκλωτο in cæteris. ſ Ἰούπτερος Big. t Η ἄνω δ' ἀγ. in quibuſdam MSS. * Namque unius hominis animadverſionem uſque ad factum promovendum putabat, multitudinis vero ad veniam, Ruſ. † Al. arx & civitas Davidis. †† Al. corniculatâ ſeu lunari figurâ.

humilior quam Acra, atque ab alia lata valle olim diſcretus: cæterum poſtea, quo tempore Aſamonæi regnabant, & vallem aggeribus ingeſtis compleverunt, eo animo ut templo civitatem conjungerent, atque Acræ altitudinem demoliti depreſſiorem fecerunt, ut eam etiam ſuperemineret templum. Vallis autem Tyropœon appellata, qua diximus ſuperioris civitatis collem ab inferiori *colli* dirimi, uſque ad Siloam protenditur: ita enim vocamus fontem, qui dulcis eſt & copioſus. Extrinſecus autem duo illi colles profundis vallibus cingebantur, & ob præcipitia utrinque nullus locus adiri poterat.

Tres urbis muri.

2. Trium autem murorum *primus* & vetuſtiſſimus inexpugnabilis erat, tum propter valles *quibus cingebatur*, & imminentem illis collem cui ſuperſtructus erat; tum quod ad loci naturam & firmitatem acceſſerant Davidis & Solomonis & ſubſequentium regum munimenta, quibus multum ſtudii & ſumptuum impenderant. Incipiens autem à parte Boreali, à turri quæ Hippica dicitur, & protenſus ad Xyſtum ut appellatur, deinde curiæ conjunctus, in occidentalem templi porticum deſinebat. Ab altera autem parte ad occidentem ab eodem quidem loco incipiens, per eum vero qui Bethſo dicitur porrectus ad Eſſenorum uſque portam, & poſtea verſus notum ad fontem Siloam flectens, & inde rurſus in orientem deflectens verſus piſcinam Solomonis, & uſque ad locum quendam pertinens qui Ophlas dicitur, Orientali templi porticui conjunctus erat. Secundus autem *murus* initium quidem ducebat à porta quam Gennath vocabant, quæque primi muri erat *porta*, ſolumque ſeptentrionalem tractum ambiens ad Antoniam uſque pertingebat. Tertio autem muro initium dabat turris Hippica, unde verſus Borealem tractum ſeſe extendens ad turrim uſque Pſephinam, deinde protendens ſeſe ex adverſo monumenti Helenæ, quæ Adiabenorum regina erat & Izatæ regis mater, & per ſpeluncas regias in longum ductus flectebatur quidem in angulari turri prope monumentum Fullonis dictum: antiquo autem muro conjunctus deſinebat in vallem Cedronem ut appellatur. Hoc *muro* eam civitatis partem, quæ antiquæ accreverat, circumdedit rex Agrippa, cum antea eſſet omnis nuda. Multitudine enim exuberans *civitas* paulatim extra mœnia *antiqua* ſerpebat; cumque templi ſeptentrionalia colli proxima domibus complerentur, non parum proceſſum eſt extra veteres colles, ita ut quartus ædificiis occuparetur collis, cui nomen Bezetha, ex adverſo quidem Antoniæ, inde vero abſciſſus foſſa profunda, (nam de induſtria ducta erat foſſa) ne Antoniæ fundamenta, ſi colli cohæreret, acceſſu facilia eſſent aut minus edita. quo factum ut foſſæ pro-

τε φύσει ἡ Ακρα, καὶ πλατεῖα φάραγξ διειργόμενος ἄλλῃ τοτὲ μὲν ἀῤῥις γε μὴν καθ' ὃν οἱ Ασαμωναῖοι χοῦν ἐβασίλευον, τῷ τε φάραγγα [a] ἔχοι, συνάψαι βυλόμενοι τῷ ἱερῷ τὴν πόλιν, ἡ δὲ Ακρα κατεργασάμενοι ὄ ὕψος [b] ἐποιήσαντο χαμαλώτερον, ὡς ὑπερφαίνοιτο ἡ [c] ταύτης τὸ ἱερόν. ἡ δὲ τῶν Τυροποιῶν προσαγορευομένη φάραγξ, ἣν ἔφαμεν τόν τε τῆς ἄνω πόλεως καὶ τὸν κάτω λόφον διατέλλειν, καθήκει μέχρι [d] Σιλωάμ. ὕσον δὲ πηγὴν, γλυκεῖάν τε καὶ πολλὴν ὄψει, ἐκαλοῦμεν. ἔξωθεν δὲ, οἱ τῆς πόλεως δύο λόφοι βαθείαις φάραγξι περιέχοντο, καὶ διὰ τὰς ἐκατέρωθεν κρημνὰς προσιτὸν ὐδαμόθεν ἦν.

Β'. Τῶν δὲ τριῶν τειχῶν τὸ μὲν ἀρχαῖον, διά τε τὰς φάραγγας, καὶ ὅτι ὑπὲρ τούτων λόφον ἐφ' ὃν κατεσκεύασο, δυσάλωτον ἦν· τοῖς δὲ πρὸ πλουσιελλήνασι τῶν τόπων, καὶ καρτερῶς [e] ἐδεδόμητο, Δαβίδου τε καὶ Σολομῶνος, ἔτι δὲ [f] τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων, φιλοτιμηθέντων περὶ τὸ ἔργον. ἀρχόμενον δὲ κατὰ βορρᾶν ἀπὸ [g] τῆς Ἱππικῆς καλουμένης πύργου, καὶ διατεῖνον ὅτι ὁ Ξυστὸν λεγόμενον, ἔπειτα τῇ βουλῇ συνάπτον, ὅτι τῷ ἐσπερίῳ τοῦ ἱεροῦ στοᾷ ἀπηρτίζετο. [g] χθὲς δὲ πρὸς δύσιν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς μὲν ἀρχόμενον [h] χωρίου, διὰ δὲ βηθσὼ [i] καλουμένης καταντεῖνον ὅτι τὴν Εσσηνῶν πύλην, καὶ ἔπειτα πρὸς νότον ὑπὲρ τὴν Σιλωὰμ ὑπερφέρον πηγὴν, εἶθεν τε πάλιν ἐγκλίνον πρὸς ἀνατολὰς ὅτι τὴν Σολομῶνος κολυμβήθραν, καὶ δῆπον μέχρι χώρου τινὸς, ὃν καλοῦσιν [k] Οφλᾶν, τῇ πρὸς ἀνατολὰς στοᾷ τοῦ ἱεροῦ [l] συνῆπτο. τὸ δὲ δεύτερον τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ πύλης εἶχεν, ἣν [m] Γεννὰθ ἐκάλουν, τοῦ περίτου τείχους οὖσαν, κυκλοῦντος δὲ τὸ προσάρκτιον κλίμα μόνον ἀντικρὺ μέχρι τῆς Αντωνίας. τῷ τείτῳ δὲ ἦν ἀρχὴ ὁ Ιππικὸς πύργος, ὅθεν μέχρι τοῦ βορείου κλίματος κατατεῖνον ὅτι τὸν Ψήφινον πύργον, ἔπειτα καθῆκον ἀντικρὺ τοῦ Ελένης μνημείου· Αδιαβηνῶν βασιλὶς ἦν αὕτη, [n] Ιζάτου βασιλέως [o] μήτηρ· καὶ διὰ σπηλαίων βασιλικῶν μηκυνόμενον ἐκάμπτετο μὲν γωνιαίῳ πύργῳ κατὰ τὸ τῶν Κναφέως προσαγορευόμενον μνῆμα· τῷ δὲ ἀρχαίῳ προσβόλῳ συνάπτον εἰς τὸν Κεδρῶνα καλούμενον φάραγγα κατέληγεν. τοῦτο τῇ προσκτισθείσῃ πόλει προσέθηκεν Αγρίππας, ὑπαρ ἦν πᾶσα γυμνή. πλήθει γὰρ ὑπερχομένη, καὶ μικροὶ ἐξῆρτο τῶν προβόλων, καὶ τῶν ἱερῶν τὰ προσάρκτια πρὸς τῷ λόφῳ συμπολίζοντες, ἐπ' οὐκ ὀλίγον προῆλθον, [p] καὶ τέταρτον προῳκοδόμητο λόφον, ὃς καλεῖται [q] Βεζεθὰ, κείμενος μὲν ἀντικρὺ τῆς Αντωνίας, ἀποτεμνόμενος δὲ ὀρύγματι βαθεῖ· διετετμήθη γὰρ ὑπὸ τινῶν· ὡς μὴ τῷ λόφῳ συνάπτοντες οἱ θεμέλιοι τῆς Αντωνίας, εὐπρόσιτοί τε εἶεν, καὶ ἧττον ὑψηλοί. διὸ δὴ καὶ πλεῖον ὕψος τοῖς

a Εχων *Big.* b Εποιησατο *Big. Vat. & Voſſ.* c Ταυτη *Big. & Vat.* d Ita *Big. & Gall.* & mox infra v. 24. *Baſ. & Gen.* Σιλωᾶς hîc loci in *Editis Aliiſque.* e Ενδεδωμητο *Big. & Vat.* f Id eſt, τῶν μετὰ τούτους βασιλέων, qui hos ſequuti ſunt reges. Videſis *Lud. de Dieu* in *Acta Apoſtolorum*, c. 13. v. 42. p. 134. g Ita *Big. & Ruf.* χθὲς ὑπερον in *Editis Aliiſque.* h Iterum cum *Cod. Big. & Ruf.* τόπου in *cæteris.* i Καλαμβὼ χώρου in *Editis.* Verum illud χώρου facileſſere juſſimus auctoritate *Cod. Big. & Ruf.* k Ita legiſſe videtur *Ruf.* Οφλὰς *Big.* Οφλᾶς in *Editis Aliiſque.* l *Al.* συνῆπτο & συνῆπτον. m Γιναθὼ *Big.* Γιναθὼν *Gall.* n Ιζα & Βαρ. *Vat.* o Ita ex *Ruffini* exemplaribus quibuſdam & *Joſepho* in *Antiquitatum* l. 20. c. 2. antea erat in *Græcis* omnibus ὑγατὴρ. p Aut ὅτι legendum, aut ἡ pro ὅτι accipiendum. q Βιζηθὰ *Big. & Voſſ.* Ζιθηθὰ *Ruf.*

a Ex

τοῖς πύργοις περιεδίδου τὸ βάθος τῆς τάφρου. ὀπίχωρίως δὲ καλεῖσθαι Βεζεθὰ τὸ νέον πτολις μέρος, ὃ μεθερμηνευόμενον Ελλάδι γλώσσῃ καινὴ λέγοιτ' ἂν πόλις. δεομένων οὖν τῆς τούτῳ σκέπης, ὁ πατὴρ δ' αὐτῷ βασιλέως, ὁμώνυμος Αγρίππας, ἄρχεται μὲν θ' [a]προέπτομεν τείχους· δείσας δὲ Κλαύδιον Καίσαρα, μὴ τὸ μέγεθος τῆς κατασκευῆς ὑπὲρ νεωτερισμῶν παρεγμάτων ὑποψίαν καὶ φόβους θεμελίους μόνον βαλόμενος. καὶ γὰρ ἂν εἰ ἀλώσιμος ἡ πόλις, εἰ [c]περιῆκτο τὸ τεῖχος ὡς ἤρξατο. λίθοις μέν γε [d]εἰκοσιπήχεσι τὸ μῆκος, καὶ τὸ εὖρος δεκαπήχεσι συνηρμόζετο, μήθ' ὑποσυλῶσι σιδήρῳ ῥᾳδίως, μήθ' ὑπ' ὀργάνοις ἀσφαλῶς δυναμένοις· δέκα πήχεις αὐτὸ τὸ τεῖχος ἐπλατύνετο, καὶ ὕψος [h]πλεῖον μὲν ὡς εἰκὸς ἔχε, μὴ ἀφανισθείσης τῆς τοῦ κτίσαντος φιλοτιμίας. αὐθις δὲ, καίτοι μὴ ταυτὸν ἐγειρόμενοι τῷ Ιουδαίων, [i]εἰς εἴκοσι πήχεις ἀνέστη· καὶ διπήχεις μὲν τὰς ἐπάλξεις, τριπήχεις δὲ τοὺς προμαχῶνας εἶχεν, ὡς τὸ πᾶν ὕψος [k]εἰς εἰκοσιπέντε πήχεις ἀνατεταθαι.

γ'. Τοῦ δὲ τείχους ὑπερῆρχον οἱ πύργοι πήχεις εἴκοσι μὲν εἰς εὖρος, εἴκοσι δὲ εἰς ὕψος, τετράγωνοί τε καὶ πλήρεις ὥσπερ αὐτὸ τὸ τεῖχος ὄντες· ἦγε μὲν ἁρμονία καὶ τὸ κάλλος τῶν λίθων οὐδὲν ἀπέδει ναοῦ. μετὰ δὲ τὸ ναοειδὲς ὕψος τῶν πύργων, ὅσῳ ἦν εἰκοσίπηχυ, πολυτελεῖς ἦσαν οἶκοι, καὶ καθύπερθεν ὑπερῷα, διῃρημένοί τε τοῖς τοῦ οἴκου [l]ὑποδοχαῖς [m]οὐδὲ πλείσιν, καὶ πλατεῖαι καθ' ἕκαστον ἀναβάσεις. τοιοῦτοι μὲν [n]οὖν πύργοι τὸ τρίτον τεῖχος εἶχον ὀγδήκοντα· τὰ δὲ μεταπύργια τούτων, ἀνὰ πήχεις [o]διακοσίους. τὸ [p]δὲ μέσον εἰς πεσαρασκαίδεκα πύργους, τὸ δὲ ἀρχαῖον εἰς ἑξήκοντα μεμέριστο. [q]τῆ πόλεως δὲ ὁ πᾶς κύκλος ἁπλῶν ἦν τεσσαράκοντα τεσσάρων. θαυμασίως δ' ὄντες ὅλως οἱ τρεῖς τοῦτοι τείχους, θαυμασιώτερος ἀνεῖχε κατὰ γωνίαν [r]βορειός τε καὶ πρὸς δύσιν ὁ ψηφῖτος πύργος, καθ' ὃν ἐστρατοπεδεύσατο Τῖτος. [s]ὅτι γὰρ ἑβδομήκοντα πήχεις ὑψηλὸς ὤν, Αραβίαν τε ἀνίσχοντος ἡλίου παρεῖχεν ἀφορᾶν, καὶ μέχρι θαλάττης τοὺς τῶν Εβραίων κλήρους ἔφαζε. [t]ὀκτάγωνος δ' ἦν. τούτῳ δὲ ἄντικρυς ὁ Ἱππικὸς, καὶ ἀφ' αὐτοῦ δύο [u]κατωνομασθησ ὑπὸ Ηρώδου [x]τοῦ βασιλέως τῷ ἀρχαίῳ τείχει μέγεθός τε καὶ κάλλος ἧς ἐφιλοτιμήσατο τῷ κτίσαντι ὠνυμένῳ ἀφέφασι. πρὸς γὰρ φύσει μεγαλοψύχῳ, καὶ τῇ πρὸς τὴν πόλιν φιλοτιμίᾳ, τὴν ἐπιφοράν τῶν ἔργων ὁ βασιλεὺς πάθεσιν [y]οἰκείοις ἐχαρίζετο, καὶ κατὰ τοῖς ἡδίστοις προσώποις ἀφ' ὧν [z]ὠνόμασε τοὺς πύργους, ἀδελφῷ καὶ φίλῳ καὶ γυναικὶ, τοῦ μὲν μείζονα [a]ἀνδριάντα τοῦ μὲν, εἰς [b]ὃν προεῖπαμεν. [c]λείπεται δ' ἔρεπτα, τοὺς δὲ ἀποβαλὼν ὁ πολέμῳ γυναίους ἀγωνισαμένους.

funditas plurimum altitudinis turribus adjiceret. pars autem illa civitatis quæ veteri accesserat voce patria Bezetha appellata est, quæ, si Græce eam interpretemur, Cœnopolis dici posset. Cum ergo qui illic habitarent tegumento *muri* opus haberent, *regis præsentis pater, eique cognominis, Agrippa, murum quidem jam memoratum inchoat; veritus autem Claudium Cæsarem, ne constructionis magnitudinem in novarum rerum studii & seditionis suspicionem traheret, jactis tantummodo fundamentis destitit ab opere. etenim inexpugnabilis exstitisset civitas, si murum, uti cœperat, perfecisset. Saxa enim, quibus construebatur, erant cubitos quidem XX longa, decem vero lata, ut nec ferro facile suffodi possent, nec machinis loco dimoveri: *bisque* factus est murus ipse in latitudinem decem cubitorum, ac in majorem, ut verisimile est, altitudinem surrexisset, si magnificentia illius qui eum inchoaverat non inhibita fuisset. Postea vero *idem murus*, utpote studiose à Judæis excitatus, ad XX cubitos attollitur; & minas quidem binis cubitis, propugnacula vero trinis habebat: adeo ut tota altitudo ad XXV cubitos assurgeret.

3. Murum autem supereminebant turres, XX quidem cubitis in latitudinem, XX etiam in altitudinem, quadratæ & solidæ sicut & ipse murus. quin & junctura & pulchritudine lapidum nihil cedebant templo. Supra vero solidam *illam* turrium altitudinem ad XX cubitos, magnifici erant œci, iisque superimposita cœnacula, & cisternæ ad aquas pluviales illic recipiendas plurimæ, & lati ad singula gradus quibus ascendebatur. Atque turres quidem ejusmodi tertius iste murus XC habebat; earum autem intervalla erant CC cubitorum. medius vero murus in XIV turres, & antiquus in LX divisus erat. Urbis autem circuitus universus erat stadiorum XXXIII. At cum totus esset admirabilis tertius ille murus, admirabilior tamen adhuc erat Psephina turris, quæ in angulo ad septentrionem & occidentem sito surgebat, adversus quam Titus castra posuerat. Cum enim LXX cubitos alta esset, inde conspici poterat Arabia sole oriente, ultimique ad mare usque terræ Judæorum fines. Erat autem octangularis *ea turris*. Atqui ex adverso illius erat Hippicos *dicta turris*, & juxta eam duæ *aliæ*, ab Herode rege in veteri muro ædificatæ: quæ magnitudine & pulchritudine & firmitate universis, quæ toto orbe erant, præstabant. nam præterquam quod *rex* natura esset magno & excelso animo, & magnificentiæ studeret in urbe ornanda, in operum præcellentia animi sui affectibus gratificabatur; tribusque personis charissimis à quibus turres appellavit, fratri scilicet & amico & conjugi, in memoriam consecravit: huic quidem, ut jam ante diximus, amoris causa ab ipso peremptæ, illis vero bello amissis cum fortiter strenueque dimicassent. Atque

Turrium altitudo.

Urbis circuitus.

Turris Psephina.

a Εν αὐτῇ *Big.* b Προείπαμεν *Big.* c Περίκηται *Big.* d Ita *Big.* εἰκοσιπήχεσι in *Editis Aliisque.* e Ηρμόζετο *Voss.* f Μήτ' ἀφανίσῃ *Big.* g Δυνάμενοι δέκα πήχεσι *Big.* δυναμένοις δέκα πήχεσι *Voss.* h Πλέον *Big.* i Ως *Big.* k Illud εἰς non agnoscit *Big.* l Αποδοχαῖς *Voss.* m Ελλειπεδίοις τι aut simile quid legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *& tortuosi latique singularum ascensus.* n Illud οὖν deest *Big.* o Διακοσίους *Big.* p Ita *Voss.* & *Ruf.* τὸ δ' αὖ μέσον in cæteris. q Τῆς πόλεως ὁ κ. *Big.* r Βορεὶς τε *Voss.* s Επει δὲ ἑβδ. *Big.* t Οκταγώνῳ *Big.* u Κατωνομασμένοι ὑφ' Ηρ. *Big.* κατωνομάσθησαν μὲ ὑφ'. *Voss.* x Articulum non agnoscit *Big.* y Οικείοις τῷ ἰδίοις *Big.* Verum non dubito quin *idiois* olim margini appositum in textum irrepserit. z Επωνόμασεν *Big.* a Ανεπθεὶς *Big.* quo modo forsan & *Ruf.* b Εἰρήκαμεν *Voss.* c Καὶ πτίλεται *Big.* * *Id est*, Agrippa rex Agrippæ junioris pater.

Turris Hippica. Atque Hippica ſane, ab amico denominata, quadrangularis quidem erat, (cujus ſingula latera latitudine & longitudine XXV cubitos patebant, altitudine vero erant *cubitorum* XXX) nuſquam inanis. Supra autem *hanc* ſoliditatem, ſaxiſque adunatam compaginem, imbribus excipiendis puteus erat XX cubitos altus. Super eum vero domus erat *gemino tabulato XXV cubitos alta, & in varia *membra* diviſa. cui impoſitæ erant minæ quidem ad duos, propugnacula vero ad tres cubitos aſſurgentia, ita ut tota altitudo ad LXXX cubitos numeraretur. Se-

Turris Phaſaëlus. cunda vero turris, quam de fratris nomine Phaſaëlum nominavit, æque tam in longitudinem quam in latitudinem XL cubitos patebat, totidemque in altitudinem, tota ſolida. Hanc autem ambiebat porticus X cubitos alta, loricis & propugnaculis ſepta. in medio vero porticûs ſuperædificata erat alia turris in œcos etiam magnificos cum balneo diviſa, ut nihil turri deeſſet quo minus regia videretur. in faſtigio autem minis & propugnaculis, præ altero quem memoravimus, ornata erat: adeoque tota ejus altitudo ad XC cubitos uſque attollebatur; & ſpecie quidem turri in Pharo *inſula* quæ Alexandriam navigantibus ignem procul oſtendit, ſimilis erat, ſed ambitu multo major. Cæterum tunc Simoni factum erat tyrannidis domicilium. Tertia autem turris Ma-

Turris Mariamne. riamne *dicta* (ita enim vocabatur regina) uſque ad XX quidem cubitos ſolida erat, XX vero cubitos lata pariterque alta. Diverſoria autem cæteris magnificentiora & ornatiora ſuſtinebat: rege quippe ipſum id decere arbitrante, ut turri de uxoris nomine appellatæ plus ornatûs adhiberetur, quam illis quæ à viris nomen traxerunt: ſicut illæ hac munitiores erant, cui femina nomen dederat. Hujus tota altitudo erat LV cubitorum.

Artificium quo turres illæ exſtructæ erant. 4. Cum autem tantæ eſſent magnitudinis tres illæ turres, ex loci ſitu multo majores eſſe videbantur: nam & ipſe antiquus murus, cui erant inædificatæ, in excelſo colle exſtructus fuerat; & magis quam *ipſe* collis eminebat ad XXX cubitos, ſupra quem *verticem* turres illæ poſitæ multum ſublimitatis inde aſſumebant. Mirabilis autem etiam lapidum erat magnitudo. non enim ex vulgaribus lapidibus, ſaxiſve quæ homines ferre poſſent, conſtructæ erant: verum ex ſecto marmore candido, ſingulis quidem *ſaxis* XX cubitos longis, decem vero latis, & quinque altis. Tam apte autem inter ſe conjuncta erant, ut ſingulæ turres ſingula ſaxa viderentur à naturâ facta, ac deinde manibus artificum in faciem anguloſque efformata. atque ita nuſquam compaginis junctura deprehendi potuit. His autem, in ſeptentrionali muri parte poſitis, intus conjuncta erat regia, omni narratione *pene* ſuperior: ut quæ operis aut apparatus cujuſcunque magnificentia ſuperari non potuerit. ſed tota quidem muro XXX cubitos alto cincta erat, & in circuitu turribus ornatiſſimis æquali diſtantia poſitis

ὁ μὲν οὖν Ἱππικὸς, ἀπὸ τοῦ φίλου προσαγορευθεὶς, τετράγωνος μὲν ἦν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν [a]ἕκαστος καὶ ὕψος τριάκοντα, ὑδαμοῦ διάκενος. ὑπὲρ δὲ τὸ [b]στερεὸν, καὶ ταῖς πέτραις [c]συμπεφυρμένον, εἰς ὀκτὼ χλῦ [d]τὰ ὄμβρια, [e]εἰκοσίπηχυς λάκκος ἦν τὸ βάθος. ἐπάνω δὲ τούτου δίστεγος οἶκος ἦν, εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εἰς ποικίλα τε διῃρημένος, ὑπὲρ οὗ τύρσεις μὲ διπήχεις, προμαχῶνες δὲ περιεβέβλητο τεσσάρων πηχῶν· ὡς τὸ πᾶν ὕψος εἰς ὀγδοήκοντα πήχεις συναιρεῖσθαι. ὁ δὲ δεύτερος πύργος, ὃν ὠνόμασεν ἀπὸ ταὐδελφοῦ Φασάηλον, ὃ μὲ πλάτος ἦν τὸ μῆκος ἴσον εἶχε, τεσσαρακοντάπηχυν ἕκαστον, ὀκτὼ τεσσαρακοντάπηχυν δ' ἦν ὁ ναὸς αὐτῷ ὕψος. [g]ἐπάνω δ' αὐτοῦ προῆκτο τοὐδάφους δεκαπήχης ὁ ὕψος, ζωφορίοις τε καὶ προβόλοις σκεπόμενον. [h]μέσῳ δ' ὑπερῳκοδόμητο τοῦτο καὶ πύργος ἕτερος, εἷς τε οἴκους πολυτελεῖς, καὶ δὴ καὶ βαλανεῖον διῃρημένος, ὡς μηδὲν ἐνδεῖσθαι τῷ πύργῳ βασίλειον δοκεῖν. τὰ δὲ ἄκρα τοῖς προμαχῶσι καὶ ταῖς τύρσεσι μᾶλλον ἢ τῷ ὁ περὶ αὐτῷ κεκόσμητο. πηχῶν δὲ ὁ πᾶν ὕψος, ὡς ἐνενήκοντα, ἐν ὃ μὲ ὀχθηρὸν παρεῖκε τῷ κατὰ Φάρον ἐκπυροῦντι τοῖς ἐπ' Ἀλεξανδρείας πλέουσι, τῇ δὲ ἰσοχῇ δὲ πολὺ μεῖζον ἦν. τετράπυλον μὲν τὸ βασίλειον ἀπεδείχθη ὃ Σίμωνος. ὁ δὲ τρίτος πύργος ἡ Μαριάμμη, τοῦτο γὰρ ἡ βασιλὶς ἐκαλεῖτο, μέχρι μὲ εἴκοσι πηχῶν ναὸς ἦν, εἴκοσι δὲ πήχεις εἰς εὖρος διέβαινε καὶ μῆκος ἴσον. πολυτελεστέραν δὲ καὶ ποικιλωτέραν τῶν ἄλλων τὴν οἴκησιν εἶχεν ἐπάνω· ὃ βασιλέως οἰκεῖον ἐνομίζοντος, ἢ ἀπὸ γυναικὸς ὀνομαζόντα κεκοσμῆσθαι πολέσι, ἢ τὰς ἀπ' ἀνδρῶν, ὥσπερ ἐκείνας ὃ γυναικὸς ὀχυρωτέρας. τούτου δὲ πᾶν ὕψος πεντήκοντα [i]καὶ πέντε πηχῶν ἦν.

Γ'. Τηλικοῦτοι δὲ ὄντες ὦ πρὸς τὸ μέγεθος, πολὺ μείζονες ἐφαίνοντο διὰ τὸν τόπον· αὐτό τε γὰρ τὸ ἀρχαῖον τεῖχος, ἐν ᾧ ἦσαν, [k]ἐφ' ὑψηλῷ λόφῳ διεδέδμητο, καὶ ὃ λόφος καθάπερ κορυφὴ τις ὑψηλοτέρα προαιεῖχεν εἰς πεντήκοντα πήχεις, ὑπὲρ ἣν οἱ πύργοι κείμενοι πολὺ δή τι ὃ μετεώρου προεστήκεσαν. θαυμάσιον δὲ καὶ τὴν λίθων ἦν τὸ μέγεθος. ὃ γὰρ ἐξ εἰκαίας χερμάδος, οὐδὲ φορτὸν ἀνθρώποις πεπτωκὸς συνεῤῥήκεσαν, λευκὴ δὲ μάρμαρος ἐτμήθη· καὶ ὃ μὲ μῆκος [l]ἑκάστης πηχῶν [m]ἦν εἴκοσι, [n]βάθος δὲ εὖρος, καὶ βάθος πέντε. συνήρμοστο δ' ἐπ' ἀλλήλοις, ὡς δοκεῖν ἕκαστον πύργον μίαν εἶναι πέτραν ἀναπεφυκέναι, [o]ἔπειτα δὲ τεχνικῶς χερσὶ πεποιῆσθαι εἰς σχῆμα καὶ γωνίας. ὥστε ὑδαμόθεν ἡ συναφὴ τῆς ἁρμονίας διεφαίνετο. κειμένοις δὲ τοῖς ἄρκλοις αὐτοῖς ἔνδοθεν ἡ τοῦ βασιλέως αὐλὴ προσέβαλλε, παντὸς λόγου κρείσσων. ὥστε γὰρ πολυτελείας, ὥστε κατασκευῆς πρὸς ἔλιπεν [p]ὑπερβολή. ἀλλὰ περιεῖχε μὲν [q]ἅπασα τελέοις πήχεσι τὸ ὕψος, κύκλῳ κατ' ἴσον ἀφέστηκε κεκοσμημένοις δὲ πύργοις διέλληλο,

a Ita *Big.* & *Vat.* antea erat ἓξ ἴσους ὕψος τριάκοντα. b Πλησίασεν *Big.* c Ita *Vat.* συμπεμμένοις in *Editis.* συμπεμμένοις & συμπεμένων in quibuſdam *MSS.* d Illud τὰ è *MSS.* e Ita reſcripſi. ἐπισυνέπιπτον hîc loci in *Editis* & *MSS.* f Αὐτῷ τὸ ποσὸν ἦν *Big.* g Ἐπάνω δὲ τούτου *Big.* h Μέσῃ δ' ὑπερῳκοδόμητο τῇ αὐτῇ πύργος τε ἕτερος. *Big.* i Ἑπτὰ *Big.* k Ἐν ὑψηλῷ λ. *Big.* l Ἑκάστη *Big.* m Illud ἦν non agnoſcit *Big.* n Εὖρος ἓξ βάθος *Big.* o Ἐπὶ τὰ δὲ πέρατ ἴσα *Big.* p Ita cum *Cod. Big.* ὑπερβολὴν in *Editis Aliiſque.* q Πᾶσα *Big.* r Sic *Big.* κεκοσμημένοις ἓξ πύργοις in *Editis Aliiſque.* s *Al.* duplici tecto.

a Ἑπτακαίδεκα

πῶ, ἀνθρώσοί τε μεγίστοις, καὶ εἰς [a]ξενῶνας [b]ἑκατον-
ταπεκλίνους· ὧν οἷς ἀδύητον μὲν ἡ ποικιλία
τῶν λίθων ἦν. συμπᾶσα γὰρ πόλις ὁ πανταχῆ ἀπά-
νθρωπος. θαυμασοὶ δ' ὀφθαὶ, μήκει τε δοκῶν καὶ λαμ-
πρότητι κεκοσμημάτων. οἴκων δὲ πλῆθος, καὶ
[c]ἀμφοραὶ σχημάτων περὶ τούτους μυρίαι· πᾶσι γε
μὴν ἀποσκευαὶ πλήρεις, [d]καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὑπ' ἐκεί-
νοις κειμένων ἐξ ἀρχύρου τε καὶ χρυσοῦ. περίστοα δὲ
δι' ἀλλήλων τὸ κύκλῳ πολλὰ, καὶ σύλοι περὶ ἑκά-
στῳ ἀμφοραὶ. τὰ γε μὴν τούτων ὕπαθρα πανταχῆ
χλοερά· καὶ ποικίλαι μὲν ὕλαι, μακροὶ δὲ δι' αὐτῶν
περίπατοι, καὶ περὶ τούτους εὖροι βαθεῖς [e]δεξάμε-
νάς τε [f]πολλαχῆ χαλκουργημάτων περίπλεοι, δι' ὧν τὸ
ὕδωρ ἐξεχεῖτο, καὶ πολλοὶ περὶ τὰ νάματα πύργοι
πελειάδων ἡμέρων. ἀλλὰ γὰρ οὐθ' ἑρμηνεῦσαι δυνατὸν
ἀξίως τὰ βασίλεια, καὶ φέρε βάσανον ἡ μνήμη, πόσ
ἂν ληστρικῆς πυρὸς δαπάνας ἀναφέρεται. ὁ γὰρ ταῦτα
Ρωμαίοις κατέφλεξεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἔνδον ὑπεβάλετο,
ὡς προεμήκαμεν, ἐν ἀρχῇ τῆς [g]ἀποστάσεως. καὶ ἀπὸ μὲν
τῆς Ἀντωνίας ἤρξατο τὸ πῦρ, μετέβη δ' ὅθι τὰ βασίλεια,
ἐκ τῶν πύργων τὰς στέγας ἐπεσκήψαν.

διστincta, maximisq; cœnaculis, quæ c virorum lectos caperent, *instructa*: in quibus inenarrabilis erat lapidum varietas. nam quicquid *illorum* ubique rarum magna copia collectum erat. Tecta etiam & laquearia ob trabium longitudinem & ornamentorum magnificentiam miranda *erant*. Cubiculorum item ingens multitudo, & figurarum circa illa multiplex varietas; atque omnia supellectile pretiosissima, vasisque, quorum pleraq; aurea & argentea erant, *instructa*. Peristylia vero multa, alia post alia in circulum, singula variis columnis *ornata*. Quæ vero illorum *spatia* sub dio erant, viriditate ubique gaudebant: & variæ quidem sylvæ *erant*, inque iis prolixa ambulacra, & circa ea profundi euripi, cisternæque passim signis æreis abundantes, per quæ aqua effundebatur, & circa latices multæ cicurum columbarum turres. Sed enim regia, qualis fuerit, pro dignitate exponi nequit, & memoriæ cruciatus adhiberetur, si quis referret, quantas res consumpserit flamma latrocinalis. nec enim ista omnia à Romanis incensa erant, sed ab insidiatoribus intestinis, ut jam ante diximus, sub defectionis initium. Atque primum quidem in Antoniam invasit ignis; inde autem transiit in regiam, triumque turrium tecta depastus est.

Regia incensa à latronibus.

ιδ'. ΚΕΦ. ε'.

Ἐκφρασις ἱερᾶ.

ΤΟ δὲ ἱερὸν ἵδρυτο μὲν, ὥσπερ ἔφθη, ὅπι λό-
φῳ χαρτεῖ· κατ' ἀρχὰς δὲ μόλις ἐξήρκει
τὸ ἀνωτάτω χθαμαλὸν αὐχῆ περὶ τε ναῷ καὶ
τῷ βωμῷ. τὰ γὰρ πέριξ ἀπόκρημνος ἦν. καὶ κατάν-
τησις. τοῦ δὲ βασιλέως Σολομῶνος, ὃς δὴ καὶ τὸν
ναὸν ἔκτισε, τὸ κατ' ἀνατολὰς μέρος ἀντειχίσαν-
το, [b]εἶτ' ἐτέθη μία σοὰ τῷ χώματι· καὶ κατά γε
τὰ λοιπὰ μέρη γυμνὸς ὁ ναὸς ἦν. τοῖς δ' ἐξῆς αἰῶ-
σιν, ἀεί τι τοῦ λαοῦ προσχωννύοντος, ἀνισώθη ὁ
λόφος πρὸς ὕψος. ἀναλαβόντες δὲ καὶ τὸ προσάρ-
κτιον τεῖχος, τοσοῦτοι προσέλαβον ὅσον ὕστερον ἐπεί-
χεν ὁ τοῦ παντὸς ἱεροῦ περίβολος. τειχίσαντες δὲ περι-
χῆ κύκλῳ τὸν λόφον, καὶ μᾶλλον ἐλπίδος ἐκπονή-
σαντες ἔργον· εἰς ὃ μακροὶ μὲν ἐξανηλώθησαν αἰῶνες
αὐτοῖς, καὶ ὅσα ἱερὰ δὲ θησαυροὶ πάντες, οὓς [i]ἀνε-
πίμπλασαν ἡ οἰκουμένη δασμοὶ πεμ-
πόμενοι τῷ Θεῷ· τούς τε ἄνω περιβόλους, καὶ τὸ κά-
τω ἱερὸν ἀμφεδείμαντο. [k]τοῦτο τὸ ταπεινότατον, ὑπὲ
τετρακοσίων ἀνατειχίσαντο πηχῶν, κατὰ δὲ πας τόπους
[l]ἐκ πλείονος. ὑ μέντοι πᾶν τὸ βάθος ἐφάνητο τοῦ
θεμελίου· ὅπι πολὺ γὰρ ἔχωσαν τὰς φάραγγας, ἀνι-
σοῦν βουλόμενοι τὴν γενεὰν ἡ ἄστεως. πέτραι δὲ πεσ-
σαρακοντάπηχεις τὸ μέγεθος ἦσαν ἡ δομήματος. ἤ
τε γὰρ δαψίλεια τῶν χρημάτων, ἡ ἡ τοῦ λαοῦ φιλοτιμία,
λόγου μείζονας ἐποιεῖτο τὰς ὑπερβολὰς, καὶ ὃ μηδὲ ἐλ-
πισθὲν ἔξεως πέρας, ὅπι μονὴ τῷ χρόνοις ἦν ἀνύσιμον.

CAP. V.

Descriptio templi.

FAnum autem, ut *superius* dixi, supra arduum quidem collis jugum conditum erat: cumque ædificari cœptum esset, vix templo & aræ sufficiebat planities in illius vertice. nam undique præceps erat atque declivis. Cum autem rex Solomon, idem qui templum exstruxit, partem ejus * ad orientem muro cinxisset, tum terræ illic aggestæ porticus una imposita erat: & ex aliis partibus nudum manebat templum. Progressu autem temporis, cum semper aliquid aggeris populus accumularet, coæquatus collis latior effectus est. Quin & muro ad septentrionem perrupto, tantum assumpsere *spatii*, quantum postea totius fani ambitus includebat. Cum autem triplici muro collem circumdedissent, & in opere magis quam sperandum erat elaborassent, (in quo longa sæcula consumpta erant, omnesque thesauri sacri, quos ex toto orbe missa Deo tributa repleverant) tam superiorem ambitum quam templum interius ædificarunt. Cujus quod humillimum erat ad trecentos cubitos excitarunt, in quibusdam vero locis ad plures. Non tamen omnis fundamentorum altitudo apparebat: nam magna ex parte valles terra aggesta repletæ erant, ut urbis angiportis eas adæquarent. Saxis vero in exstructione usi sunt quadragenorum cubitorum magnitudinis. nam & pecuniæ abundantia & populi liberalitas plus quam dici potest structuram procedere faciebat: & quod absolvi posse ne sperabatur quidem, perseverantia & temporis diuturnitate perfectum erat.

Templi descriptio. Conser Antiquitatum l. 3. c. 6. & l. 8. c. 3.

Saxorum magnitudo.

2. Tantis

a Ξενιῶνας *Big.* b Ita cum *Cod. Big.* ἑκατονπεκλίνους in *cæteris.* c Ἀμφορεῖς κ. π. τ. μυρίαι πᾶσιν *Big.* d Κατὰ πλείω *Big.* e Auctoritate *Cod. Big.* τε ante δεξαμβάς delevi. f Παντοχῆ *Big.* g Καταφλέξαντος post ἀποστάσεως addit *Big.* h Ita *Big.* & *Ruf.* ἐπεὶ ἦν πρὸ in *Editis Aldi*que. i Ἐνεπίμπλασαν *Big.* k Τοῦτο τὸ ταπεινότερον *Big.* l Καὶ πλείονος *Big.* * Ab oriente, *Ruf.*

Porticus quales, & portæ. Confer L. Cappellum in Hist. Jud. Compend. p. 156, 157.

2. Tantis autem fundamentis digna erant opera illis impoſita. Nam porticus quidem omnes duplices erant, eas vero ſuſtinuerunt columnæ quinis & vicenis cubitis altæ, ſingulis è ſaxis marmore candidiſſimo: & cedrinis laquearibus tectæ erant. Illa utpote naturâ magnifica & bene polita, apteque & congruenter juncta ſpectaculum præbebant ſplendidum & memorabile; nulloque aut pictoris aut ſculptoris opere extrinſecus ornatum. Et latæ quidem erant ad xxx cubitos: omnis autem earum ambitus una cum Antonia ſex ſtadiorum menſuram comprehendebat. At totum ſub dio ſpatium variatum erat & omnigenis lapidibus ſtratum. Cum vero per hoc ſecundum ad templum iretur, ſeptum lapideum circumjectum erat trium quidem cubitorum altitudine, admodum vero affabre factum. Illic autem paribus intervallis diſpoſitæ erant columnæ, *ingreſſuros* de lege munditiæ præmonentes, aliæ Græcis aliæ Latinis literis, nemini licere alienigenæ in locum ſanctum intrare. Sanctum enim vocabatur templum ſecundum. & quatuordecim quidem gradibus eò aſcendebatur à primo: illius vero area quadrata erat & proprio muro circundata. cujus exterior celſitudo, quamvis XL cubitis ſurgeret, tamen gradibus tegebatur, interior autem XXV cubitorum erat. nam cum in altiori loco gradibus ædificaretur, non tota pars interior cernebatur, colle utpote obtecta. Poſt XIV autem gradus ſpatium uſque ad murum erat decem cubitorum, totumque erat planum. Hinc rurſum aliæ quinque graduum ſcalæ ad portas ducebant, quæ à ſeptentrione quidem ac meridie octo erant, quaternæ utrinque, duæ vero ex oriente

Mulierum locus. neceſſario. nam cum hîc proprius locus, religionis cauſa, mulieribus muro diſcerneretur, altera quoque porta opus eſſe videbatur: hæc autem ex adverſo prioris ſecta erat. atque ex aliis regionibus una *porta* meridiana & una ſeptentrionalis, quibus ad mulierum atrium introibatur: per alias enim mulieribus non licebat ingredi; ſed neque per ſuam ultra proprium ſibi dicatum ſeptum. Cæterum patebat locus *iſte* non ſolum feminis Judæam habitantibus, ſed & extra eam popularibus religionis cauſa venientibus. occidua vero pars nullam portam habebat, ſed perpetuo exſtructus ibi erat murus. Porticus autem intra portas à muro averſæ intro ante gazophylacia, columnis ingentibus & pulcherrimis ſuſtinebantur. erant autem ſimplices, & præter magnitudinem nulla in re ab inferioris ſepti porticibus differebant.

Portarum ornamenta. 3. Portarum autem novem quidem auro & argento undique tectæ erant, una cum poſtibus & ſuperliminari: una vero extra templum ex ære Corinthio, quæ multum argento inclusas & inauratas dignitate ſuperabat. Et binæ

Β'. Ἦν δὲ ἄξια τ τοιούτων θεμελίων καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἔργα. διπλαῖ μὲν γὰρ αἱ στοαὶ πᾶσαι, κίονες δ' αὐτὰς εἰκοσιπέντε πηχῶν τὸ ὕψος [a] ὑφεστήκεσ, μονόλιθοι λαϑικοτάτης μαρμάρου, [b] κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν [c] ὠρόφωντο. τούτων ἡ μὲν φυσικὴ πολυτέλεια, καὶ τὸ εὔξεστον, καὶ τὸ ἁρμόσιμον, παρεῖχε θεωρίαν ἀξιόλογον· ὑδενὶ δὲ ἔξωθεν, οὔτε ζωγραφίας, οὔτε γλυφίδος ἔργῳ περισπωμένοις. [d] καὶ πλατεῖαι μὲν ἦσαν ὡς τεσσάκοντα πήχεων· ὁ δὲ πᾶς κύκλος αὐτῶν εἰς ἓξ σταδίους συνεμετρεῖτο, περιλαμβανούσης καὶ τ Ἀντωνίας. [e] ὅ δὲ ὑπαίθριον ἅπαν πεποίκιλτο [f] παντοδαπῶν λίθων κατεστρωμένον. διὰ τούτου προϊόντων ὡς ὅ δεύτερον ἱερόν, ϑριξὶν λιθίνοις περιβόλιον λίθινος, [g] τρίπηχυς μὲν ὕψος, πάνυ δὲ χαρίεντας διηρτασμένος. ὧν αὐτοῦ [h] δ' εἰσήκεσαν ἐξ ἴσου διαστήμαλοι σῆλαι, τὰ τὰ ἁγνείας προσημαίνουσαι νόμον, αἱ μὲν Ἑλληνικοῖς, αἱ δὲ Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι, μὴ δεῖν ἀλλόφυλον [i] ὀντος ὅ ἁγίᾳ παρεῖναι. τὸ δὲ δεύτερον ἱερόν, ἅγιον ἐκαλεῖτο. καὶ τεσσαρσκαίδεκα μὲν βαθμοῖς ἐπαναβατὸν ἀπὸ τ προτέρου, τετράγωνον δὲ ἄντα καὶ τεῖχει περιφερόμενον ἰδίῳ. τούτου ὅ μὲν ἔξωθεν ὕψος, κἀκεῖ τεσσαράκοντα πηχῶν ὑπάρχον, ὑπὸ τ βαθμῶν ἐκαλύπτετο, τὸ δὲ ἔνδοθεν εἴκοσι καὶ πέντε πηχῶν ἦν. πρὸς γὰρ ὑψηλοτέρῳ [k] διδομένου βαθμοῖς, οὐκέτι ἦν ἅπαν εὐσύνοπτα καλυπτόμενον ὑπὸ τ λόφου. μετὰ δὲ τοὺς δεκατέσσαρας βαθμούς, ὅ μέχρι τ τείχους διάστημα πηχῶν ἦν δέκα, πᾶν ἰσόπεδον. ἔνθεν ἄλλοι πάλιν πεντέβαθμοι κλίμακες ἀνῆγον ὅπου τὰς πύλας, αἱ ἀπὸ μὲν ἄρκτου καὶ μεσημβρίας ὀκτὼ, [l] καθ' ἑκάτερον πέσαρες, δύο δ' ἦσαν ἐξ ἀνατολῆς [m] κατ' ἀνάγκην. διατετειχισμένου γὰρ τούτου τοῦ κλίματος τῆς γυναιξὶν ἰδίου περὶ θρησκείαν χώρου, ἔδει δι' ἑτέρας αὐτοῖς εἶναι πύλης· πίτμητο δ' αὕτη ἡ περίπτης ἄπρυς. καὶ τ ἄλλων κλιμάτων, μία μεσημβρινὴ πύλη, καὶ μία βόρειος, δι' ἧς εἰς τ γυναικωνῖτιν εἰσῆγον· τ δὲ τὰς ἄλλας, οὐκ ἐξῆν παρελθεῖν γυναιξίν, ἀλλ' οὐδὲ [n] τ ἑτέραν ὑποφαίνειν ὁ διαλείσμα. ἀνεῖτο γε μὴν [o] τοῖς τε ἐπιχωρίοις καὶ ταῖς ἔξωθεν ὁμοφύλοις ὁ ἴσον περὶ θρησκείαν ὁ χῶρος. ὅ δὲ πρὸς δύσιν μέρος οὐκ εἶχε πύλην, ἀλλὰ διηνεκὲς ἐδεδόμητο τοῦτο τ τεῖχος. αἱ στοαὶ δὲ μάλιξτ τ πυλῶν ἀπὸ τ τείχους, ἔνδον ἐστραμμέναι [p] πρὸ τ γαζοφυλακίων, σφόδρα μὲν καλοῖς καὶ μεγάλοις ἀνείχοντο κίοσιν. ἦσ δ' ἁπλαῖ, [q] καὶ πλεῖ τ μεγέθους τ λοιπὰ κατ' οὐδὲν ἀπελείποντο.

Γ'. Τῶν δὲ πυλῶν [r] αἱ μὲν ἐννέα, χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κεκαλυμμέναι παντοχόθεν ἦσ, [r] ὁμοίως τε τοῖς παραστάδες καὶ τὰ ὑπέρθυρα· μία δ' ἡ ἔξωθεν τ νεὼ Κορινθίου χαλκῆ, πολὺ τῇ τιμῇ τὰς καλαργύρους καὶ περιχρύσους ὑπεράγουσα. καὶ δύο μὲν

a Ita cum *Cod. Big.* ὑφιστήκεσαν in *Editis Aliisque.* b Κεδρίνοις τε *Big.* uti & mox ὑδενὶ τ' ἔξωθεν. c Ὠροφῶντο *Big.* d Καὶ πλατεῖαι μὲν ἦσαν ὡς τεσ. *Big.* e Καὶ τὸ ἱερ. *Big.* f Est qui παντοδαπῶν λίθων malit. Verum nil mutandum, ſed ἀπὸ aut ὑπὸ ſubintelligendum. g *Miſna* decem ſolummodo agnoſcit palmos. Verum ſi hîc tres ordines lapidum ſtatuamus, quibus quartus deinde addatur è lignis conſtans, nulla erit pugna: adeoque pro τρίπηχυς ſubſtituamus τρίστεγος, ut hoc ſeptum tria veluti tecta habuiſſe dicatur, duo è ſecundo & tertio ordine lapidum, tertium vero è lignis; vel legamus τρίστιχος, ut tres ſolummodo ordines lapidum veluti parietes agnoſcamus, interius lignis veſtitos. *Conſt. I. Imperator* de *Menſuris templi* cap. 2. §. 3. p. 42. Confer *L. Cappelli* Spicilegium ad *Epheſ.* c. 2. v. 14. h Διεστήκεσαν *Big.* i Sc. in *interius ſeptum.* Pariterque in interiori ſepto alia fuit iſti ſimilis lorica, qua populus à templi ingreſſu & atrio ſacerdotum diſcludebatur. k Ita *Big.* & *Vat.* διδομένου τοῖς βαθμοῖς in *Editis Aliisque.* l Καθ' ἑκάτερα *Big.* m Δι' ἀνάγκην *Big.* n Κατὰ τὸν ἱερ ἑτέραν *Big.* o Ita *Big.* τοῖς τε ἐπιχ. καὶ τοῖς in *Editis Aliisque.* p Πρὸς τὸν γαζ. *Big.* Vide Commentarios *Conſt. I. Imperator* in *Cod. Middoth* p. 48. & 49. quem in loci verſione ſequuti ſumus. Paulo autem alitet *Baſnagius* in hunc modum, *porticus procurrentes inter portas, à muro interius protenſæ ante Gazophylacia, pulchris & grandibus ſuſtentabatur columnis.* q Ita *Big.* & *Ruf.* πλείτω in *cæteris.* r Ὁμοίως δ' αὖτε *Big.* ſ Αἱ μὲν ἐννέα *Ruf.*

a Τελάκοντα

μὲ ἑκάστου πυλῶνος θύραι, [a] πεντήκοντα δὲ πηχῶν τὸ ὕψος ἑκάστης, καὶ ὁ πλάτος ἴσον πεντεκαίδεκα. μεῖζον μέντοι τὰς εἰσόδους ὑποδοτέρω πλατυνόμενοι πρὸ ἑκάτερον πεντήκοντα πήχεις ὑξέδρας εἶχον εὖρός τε καὶ μῆκος πυργοειδεῖς, ὑψηλαὶ δ' ὑπὲρ πεντεκαίδεκα πήχεις. δύο δ' ἀνεῖχον ἑκάστην κίονες, δώδεκα πηχῶν τὸ [b] περιοχλὶ ἔχοντες. καὶ τὰ μὲ ἄλλων ἴσον ἴσον τὸ μέγεθος. ἡ δὲ ὑπὲρ τὴ Κορινθίαν ἀπὸ τὸ γυναικωνίτιδος ὑξ ἀνατολῆς ἀνοιγομένη τὸ τοῦ ναοῦ πύλης ἀντικρὺ, πολὺ μείζων· πεντήκοντα γὰρ πηχῶν οὖσα τὸ ἀνάστασιν, παραφοροῦντα πήχεις τὰς θύρας εἶχε, ἃ τὸ κόσμον πολυτελέστερον, ὅτι δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. τοῦτο δὲ ταῖς ὀνέα πύλαις ἐπήχεεν ὁ [c] Τιβερίου πατὴρ Αλέξανδρος. βαθμοὶ δὲ δεκαπέντε πρὸς τὴν μείζονα πύλην ἀπὸ τὸ [d] τὸ γυναικῶν διαστήματος ἀνῆγον· τὰς γὰρ ἄλλας πέντε βαθμῶν ἧσσον βραχύτερον.

δ'. Αὐτὸς δ' ὁ ναὸς, καὶ μέσον κέκλιτο, ὁ ἅγιον ἐκεῖνο, δώδεκα βαθμοῖς μὲ ἀναβατός. καὶ ὁ μὲ καὶ πρόσωπον ὕψός τε καὶ εὖρος ἴσον, ἀνὰ πήχεις ἑκατόν. κατόπιν δὲ παραφέροντα [e] πήχεσι τεσσαράκοντα· ἔμπροσθεν γὰρ ὥσπερ ὦμοι πρὸ ἑκάτερον εἰκοσιπήχεις διέβαινον. ἡ πρόσθη δὲ αὐτὸ πύλη, πηχῶν ἑβδομήκοντα τὸ ὕψος ὖσα, καὶ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε, θύρας οὐκ εἶχε· ὃ γὰ ἐφαίνετο τὸ ἀφαιρὲς [f] καὶ ἀδιάκλειστον σήφαγε· καὶ χρύσωτο δὲ τὰ μέτωπα [g] πάντα, καὶ δι' αὐτῆς ὅ,τε προτὸς οἶκος [h] ἔσωθεν ἅπας καταφαίνετο, μέγιστος ὢν, καὶ τὰ πρὸς τὴν εἴσω πύλην πάντα λαμπόμενα χρυσῷ τοῖς ὁρῶσιν [i] ὑπέπιπτεν. ὃ δὲ ναὸς ὄντος εἴσω διέτεγε, μόνος ὁ πρόσθος οἶκος [k] ὑπέκειτο, καὶ διηνεκὲς εἰς ὃ ὕψος, ἀνατεινόμενος μὲν ὅτι ἐνενήκοντα πήχεις, μηκυνόμενος δὲ ὅτι πεντήκοντα, καὶ [l] ἀφαίνων ὅτι εἴκοσιν. ἡ δὲ ἀφ' ὃ οἶκος πύλη κεχρύσωτο μὲ, ὡς ἔφην, πᾶσα, [m] καὶ ὅλος πρὸ αὐτὴν τεῖχος. [n] εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς [o] ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνθρωπίκεις κατεκρέμαντο. [p] ὅπισθε δὲ ἦν ὃ ναὸς διτέγε, τοπεινότερα τὰ ἔξωθεν ἢ, ὃ θύρας εἶχε χρυσᾶς πεντηκονταπέντε πηχῶν τὸ ὕψος, εὖρος δ' ἑκκαίδεκα. πρὸ δὲ τούτων ἰσόμικτος καταπέτασμα, πέπλος ἦν Βαβυλώνιος, ποικίλτος ὑξ ὑακίνθου, καὶ βύσσου, κόκκου τε καὶ πορφύρας, θαυμαστῶς μὲν εἰργασμένος, οὐκ ἀθεώρητον δὲ τὰ ὕλης τὰ κράσιν ἔχων, ἀλλ' ὥσπερ εἰκόνα τὰ ὅλου. ἐδόκει γὰ αἰνίττεσθαι τῇ κόκκῳ μὲν τὸ πῦρ, τῇ βύσσῳ δὲ τὴν γῆν, τῇ δὲ ὑακίνθῳ τὰ ἀέρα, καὶ τῇ πορφύρᾳ τὰ θάλασσαν· τὰ μὲν ὅτι τὰ χρόας ὁμοιουμένων, τὰ δὲ βύσσου καὶ τὰ πορφύρας ἀφ' ὧν γένεσιν, ἐπεὶ δὴ τὰ μὲ ἀναδίδωσιν ἡ γῆ, τὰ δὲ ἡ θάλασσα. κατεγέγραπτο δὲ ὁ πέπλος πᾶς τὰ οὐράνιον θεωρίας, πλὴν [q] τὰ ζωδίων.

ε'. Παρόντας δ' εἴσω τὸ ὀπίσθιον τοῦ ναοῦ μέρος ὑξεδέχετο. τούτου τοίνυν τὸ μὲν ὕψος ὑξή-

quidem fores in ſingulis januis erant, & unaquæque xxx cubitis alta & xv lata erat. atqui poſt introitum introrſum dilatatæ exhedras utrinque habebant xxx cubitos longas & latas, turris in modum exſtructas, altas vero xl cubitos & amplius. ſingulas autem binæ columnæ duodenûm cubitorum ambitu ſuſtinebant. Et aliarum quidem *portarum* par magnitudo erat. Quæ vero ſupra Corinthiam ab oriente ex parte atrii feminarum rectà in templi portam reſpiciebat *reliquis erat* multo major: alta enim erat cubitos l, lata vero xl, cum foribus paris magnitudinis, quæ magnificentiore cultu & ornatu decoratæ erant, craſſioribus ſcilicet auri & argenti laminis veſtitæ. Illud vero quicquid erat auri & argenti, novem iſtis portis infundi curaverat pater Tiberii Alexander. Gradus autem xv à muro, qui mulieres ſegregabat, ad majorem portam ducebant: illis enim quinque gradibus qui ad alias portas ferebant erant breviores.

4. Ipſum vero templum, in medio poſitum, τὸ ἅγιον. *id eſt* ſacroſanctum, xii gradibus aſcendebatur. Et à fronte quidem ejus altitudo & latitudo par, centûm *nempe* cubitorum. pone vero xl cubitis erat anguſtius: nam à fronte duo veluti humeri utrinque xx cubitos ultra templi latera producebantur. Prima autem ejus porta, lxx cubitis alta atque lata xxv, fores non habebat (cœlum enim undique conſpicuum & ubique patens ſignificabat) omniſque ejus frons erat inaurata, perque eam prima ædes intus tota apparebat quæ maxima erat; quæque circa interiorem *templi* portam erant, tota auro coruſcantia, aſpicientibus occurrebant. Cum autem interior ejus pars contignatione interſepta eſſet, ſola prima domus patebat, & petuam in altitudinem ſurgebat ad xc quidem cubitos; in longitudine vero l erat, & xx in tranſverſum. at interior in propylæo porta inaurata erat, ut dixi, tota, totuſque circum eam paries. Deſuper autem habebat aureas vites, unde botri ſtatura humana dependebant. Verum quia ædes mediam coaxationem habebat, interior erat exteriori humilior; foreſque aureas habebat lv cubitorum altitudine, latitudine vero xvi. Foribus autem oppanſum aulæum pari longitudine peplum erat Babylonium, variatum ex hyacintho & byſſo & cocco & purpura, opere quidem mirabili contextum, contemplatione vero non indignam materiæ permixtionem habens, ſed omnium rerum veluti imaginem *exhibens*. nam cocco quidem ignis ſignificari videbatur, byſſo vero terra, hyacintho autem aër, ac purpurâ mare: illis quidem, propter colorum ſimili-
tudinem, byſſo autem & purpura, ex origine ſua; quoniam byſſum quidem terra, mare autem purpuram gignit. eratque in peplo deſcripta omnis cœli ratio, exceptis *ſignis.

Vites aureæ.

5. Introgredientes autem † pars templi infe- *Templi pars inferior.*
rior excipiebat. Jam vero ejus altitudo quidem

a Τεσσαράκοντα πηχῶν τὸ ὕψος ἐκάστη *Big.* b Ita cum *Big. Voſſ.* & *Ruf.* qui vertit *craſſitudine.* περίοπτον in *Editis Aliiſque.* c Vide *Uſſerium* ad A. M. 4029. p. 623. d Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris templi*, p. 54. e Πήχεσι. f Καὶ τὸ ἀδιάκλειστον *Big.* g Illud πάντα non agnoſcit *Big.* h Ἔξωθεν *Big.* & *Ruf.* Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi*, p. 127. i Ita *Big.* ὑπεπίπτων in *Editis Aliiſque.* k Προέκειτο *Big.* l Sic *Big.* ἀφαιρῶν in *cæteris.* m Καὶ ὁ λίθινος ὁ π. *Big.* n Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi*, p. 132, 133. o Ὑπὲρ ἑαυτῆς *Big.* p Vide *Conſt. l'Empereur* de *Menſuris Templi* p. 135. q Illud τὰ ἐ *MSS.* * *Sc.* Signorum Zodiaci figuris. † *Al.* Solum templi excipiebat. Confer pag. 1228. v. 22.

dem erat cubitorum LX, & longitudo totidem, latitudo autem cubitorum XX. At rurſus diviſi erant hi cubiti LX. Et prima quidem pars, ad XL cubitos abſciſſa, in ſe habebat tria opera maxime mirabilia & omnium hominum ſermone celebrata, lychnuchum, & menſam, & thuribulum. Et ſeptem quidem lucernæ *ſeptem* planetas ſignificabant: tot enim ab ipſo ortæ ſunt lychnucho. Duodecim vero panes in menſa poſiti circulum Zodiacum & annum *deſignabant*. Thuribulum autem per tredecim odores, quibus replebatur ex mari & terra inhabitabili habitataque, indicabant omnia Dei eſſe Deique in uſum. Intima vero *templi* pars viginti quidem cubitorum erat: diſcernebatur autem ſimiliter velo ab exteriore. Nihil prorſus in illo *penetrali* erat poſitum, inacceſſum vero erat, & inviolabile, & quod à nemine videri poterat, ſanctique ſanctum vocabatur. Circa autem latera inferioris templi multæ erant domunculæ mutuo perviæ cum triplici tecto, inque eas è templi porta utrinque patebat ingreſſus. Superior autem pars iſtas domunculas non habebat, quo magis erat anguſta; altior autem ad XL cubitos magis anguſta quam inferior. Colligitur enim ea ratione, cum ſexaginta ejus quæ in *ſolo, univerſa altitudo centum cubitorum.

Tria opera mirabilia.

Sanctum ſanctorum.

6. Exterior autem ejus facies nihil habuit quod animus & oculi non mirarentur. laminis enim graviſſimis aureis undiquaque obtecta erat; ita ut primum ad ſolis exortum igni ſimillimum ejacularetur ſplendorem, & oculos eorum, qui eam intueri neceſſe haberent, quaſi radiis ſolaribus inde averteret. Porro hoſpitibus advenientibus è longinquo monti niveo ſimilis videbatur: nam ubi deaurata non erat, candidiſſimo marmore conſtabat. atque in faſtigio aureis verubus horrebat, idque acutiſſimis, ne ab inſidentibus avibus inquinaretur. Saxorum autem, quibus exſtructum erat templum, quædam erant XLV cubitos longa, alta V, & lata VI. Ara vero pro templo XV cubitos alta erat, longa vero pariterque lata † ad L cubitos. Quadrata autem collocata erat, angulos habens inſtar cornuum prominentes, & à meridie aſcenſus in eam leniter acclivis reſupinabatur. Sine ferro autem conſtructa erat, neque unquam ferrum eam tetigerat. Cæterum templum & aram cingebat lorica quædam ex ſaxo pulchro aſpectuque grato ad cubitum *unum* quaſi aſſurgens, quæ populum à ſacerdotibus ſegregabat. Et gonorrhæa quidem laborantes itemque leproſi tota urbe arcebantur, & mulieribus in menſium profluvio clauſum erat *templum*; iſtiſque, ne cum mundæ quidem eſſent, limitem de quo diximus transgredi licebat. Viri autem qui per omnia non purificati erant ab interiore ſepto arcebantur, & è ſacerdotibus qui minime puri eſſent ſimiliter excludebantur.

Exterior templi facies.

Aræ deſcriptio.

Quibus non licebat templum intrare.

7. Quicunque autem ex genere ſacerdotum ob defectum aliquem non miniſtrabant, *illi* ſi-

Quinam ſacerdotum aram tem-

κοντα πηχῶν, καὶ τὸ μῆκος ἴσον, εἴκοσι δὲ πηχῶν τὸ πλάτος ἦν. τὸ δὲ ἑξηκοντάπηχυ πάλιν διῄρητο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέρος, ἀποτετμημένον ὅτι τεσσαράκοντα πήχεις, [a] εἶχεν ἐν αὑτῷ τρία θαυμασιώτατα καὶ φερόμενα πᾶσιν ἀνθρώποις ἔργα, λυχνίαν, τράπεζαν, θυμιατήριον. ἐνέφαινον δὲ ⓘ μὲν ἑπτὰ λύχνοι τοὺς πλανήτας· τοσοῦτοι γὰρ ἀπ' αὐτῆς διήρητο ἡ λυχνία. ⓘ δὲ ὅτι ἡ τραπέζης ἄρτοι δώδεκα, τόν τε ζῳδιακὸν κύκλον, καὶ ⓐ ἐνιαυτόν. τὸ θυμιατήριον δὲ, ἀφ' οὗ τρισκαίδεκα θυμιάματα, οἷς ἐκ θαλάσσης ἀνεπίμπλατο, [b] τῆς τ' ἀοικήτου καὶ οἰκουμένης ἐσήμαινεν, ὅτι σοῦ πάντα καὶ τῷ Θεῷ. τὸ δ' ἐνδοτάτω μέρος, εἴκοσι μὲ ἐπῶν πηχῶν· διήργητο δ' ὁμοίως καταπετάσματι πρὸς τὸ ἔξωθεν. ἔκειτο δ' ὁδὲν ὅλως ἐν αὐτῷ, ἄβατον δὲ καὶ ἄχρηστον καὶ ἁγιώτατον ἐπῶν πᾶσιν, ἁγίων δὲ ἅγιον ἐκαλεῖτο. περὶ δὲ τὰ πλάγια δ' κάτω ναοῦ, δι' ἀλλήλων ἦσαν οἶκοι τρίστεγοι πολλοί, ἐφ' ἑκάτερον εἰς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πύλης εἴσοδοι. [c] ὁ δὲ ὑπερῷον μέρος, τούτους μὲν οὐκ ἔτ' εἶχε τοὺς οἴκους, παρόσον [d] ἐπῶν ἐφ τριστέγων, [e] ὑψηλότεροι δ' ὅτι τεσσαράκοντα πήχεως, ἐφ λιτότεγον δ' κάτω. συμβαίνει γὰρ ὅτω πρὸς ἑξήκοντα τοῖς δ' ὁπηπέδῳ πηχῶν ἑκατὸν τὸ πᾶν ὕψος.

ς'. Τὸ δ' ἔξωθεν αὖ προσωπον, οὐδὲν ὅτε εἰς ψυχῆς, ὅτε εἰς ὀμμάτων ἔκπληξιν ἀπέλιπε. πλαξὶ γὰρ χρυσῷ πεπαραῖς [f] κεκαλυμμένον πάντοθεν, ἐπὶ τοὺς προφτας ἀνατολὰς, πυρωδεστάτῳ [g] ἀπέπαλλεν αὐγῷ, καὶ τ' βιαζομένων ἰδεῖν τὰς ὄψεις ὥσπερ ἡλιακῆς ἀκτῖσιν ἀπέστρεφε. τοῖς γε μὲν εἰσαφικνουμένοις ξένοις, πόρρωθεν ὄμοιον ὄρει χιόνι πλήρει κατεφαίνετο· καὶ γὰρ καθ' μὴ κεχρύσωτο λευκότατος ἦν. τῷ κορυφῇ δὲ χρυσέους ὀβελοὺς ἀνεῖχε τεθηγμένους, ὡς μή τιν προσκαθεζόμενα μολύνοιτο τῶν ὀρνέων. τῶν δὲ ἐν αὐτῷ λίθων ἔνιοι μῆκος πέντε καὶ τεσσαρακοντα πήχων ἦσαν, [h] ὕψος πέντε, εὖρος δὲ ἕξ. προ αὖ δ' ὁ βωμὸς πεντηκοντάπηχυς μὲν ὕψος ἦν πηχῶν, εὖρος δὲ καὶ μῆκος ἑκατόν ἴσον, ἀνὰ πεντήκοντα πήχεις. τετράγωνος δ' ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προσανέχων γωνίας, καὶ ἀπὸ μεσημβρίας ἐπ' αὐτὸν ἄνοδος ἠρέμα προσάντης ὑπέλαμπε. κατεσκεύαστο δ' ἄνευ σιδήρου, καὶ οὐδέποτε [i] ἥψατο αὐτῷ σίδηρος. προέκειτο δὲ τοῦ τε ναοῦ καὶ τοῦ βωμοῦ εὐλιθός τις [k] καὶ χαριεὶς γείσιον, ὅσον πηχαῖον ὕψος, ὃ διῆργεν ἐξωτέρω τὸ δῆμον ἀπὸ τῶν ἱερέων. γονορροϊκοῖς μὲν δὴ καὶ λεπροῖς ἡ πόλις ὅλη [l] διήργητο, γυναικῶν δὲ ἐμμιλύοις [m] ἀπεκέκλειστο, παρελθεῖν δὲ ταύταις οὐδὲ καθαρᾶς οὔσαις [n] προέπεμπεν ὅρον. ἀνδρῶν δ' ὃ μὴ κατὰ πᾶν ἡγνικότες εἴργοντο τῆς ἔνδον αὐλῆς, καὶ τῶν ἱερέων πάλιν ὃ μὴ καθαρεύοντες εἴργοντο.

ζ'. Τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι ἀφ' [o] πάρεσ- ιε'.
σιν οὐκ ἐλευτύργουν, παῆσάν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήρους

a Εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τρία τὰ θαυμ. Big. b Καὶ τ Big. & Voſſ. c Vide Conſt. l'Empereur de Menſuris Templi, p. 152. d Illud ἐπ omittit Voſſ. e Ὑψηλὸν Big. f Κεκαλυμμένον Voſſ. & mox ὅμοιον g Ἀπέλαμπεν Big. h Ὑψος τε πέντε, εὖρος ἓξ Big. i Ita Big. & Voſſ. ἥψαντο in Editis Aliiſque. k Illud καὶ non agnoſcit Big. & mox καὶ inſerit inter ὅσον & πηχαῖον. l Εἶχεν τὸ διῆργον Big. Bod. & Voſſ. m Ἀποκέκλειστο Big. n Προέπεμπεν Big. o Παρόσους Big. * Id eſt, inferioris partis. Ruſinus vertit, Colligitur enim centum cubitorum celſitudo univerſa, cum in ſolo XL cubitos habuerit. Vide L. Cappellum in Hiſt. Jud. Compend. p. 160. † Cubitis quadragenis, Ruf. Eſt qui πόδας pro πήχεις in Græcis reſcribendum cenſet.

a Εθῆσαν

ρος σὸ τότερον ᾧ γυσίᾳ, καὶ τὰς ἀπὸ ᾧ γόνυς ἐλάμβανον μηρίδας, τοῖς γεμιὼ ἐθήστοιν ἰδιωτικοῖς ἐχρῶντο. τὸν γὰρ ἱερέα [a] ὁ λειτουργῶν ἠμφίεννυτο μόνος. ὅπου δὲ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ⓐ ναὸν ἀνέβαινον ⓐ τῶν ἱερέων ἅμωμοι, βύσσου μὲν ἀμπεχόμενοι, μάλιστα δ' ἀπὸ ἀκράτου [b] νήφοντες, δέει τῆς θρησκείας, ὡς μή τι [c] παραβαίνειν σὺ τῇ λειτουργίᾳ. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἀνήει μὲν σὺν αὐτοῖς, ἀλλ' οὐκ ἀεί, ταῖς δ' ἑβδομάσι καὶ νουμηνίαις [d] καὶ εἴ τις ἑορτὴ πάτριος ἢ πανήγυρις πάνδημος ἀγομένη δι' ἔτους. ἐλειτούργει δὲ, τοὺς μηροὺς μὲν ἄχρις αἰδοίου ζαζώσμαλι καλύπτων, [e] λινοῦν τε ὑποδύτην ἔνδοθεν λαμβάνων, καὶ ποδήρες καθύπερθεν ὑακίνθινον ἔνδυμα στρογγύλον θυσανωτὸν ἔργον. τῶν δὲ θυσάνων ἀπήρτητο κώδωνες χρύσεοι, καὶ ῥοαὶ [f] ποδάλληλοι, βραχυτῆς μὲν ⓐ κώδωνες, ἀσφαπὶς δ' αἱ [g] ῥοαὶ σημεῖον. [h] ἡ δὲ τὸ ἔνδυμα τῷ στέρνῳ [i] περισπλῶσα ταινία, πέντε διλωσιμένη ζώναις πεποίκιλτο, χρυσοῦ τε καὶ πορφύρας καὶ κόκκου, περὶ δὲ βύσσου καὶ ὑακίνθου, δι' ὧν, ἔφαμεν, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ καταπετάσματα συμφάνθαι. τούτοις δὲ καὶ ἐπωμίδα κεκραμένῳ εἶχεν, ἐν ᾗ [k] πλείων χρυσὸς ἦν. σχῆμα μὲν οὖν [l] ὁδύτου θώρακι ἔοικεν. δύο δ' αὐτῷ ἐπόρπων [m] ἀσπίσκαι χρυσαῖ, κατεκέκλειντο δ' ἐν ταύταις χάλκιοί τε καὶ μέγιστοι σαρδώνυχες, τὰς ἐπωνύμους τῶν τοῦ ἔθνους φυλῶν ἐπιγεγραμμένας. κατὰ δὲ λάτερον ἄλλοι περισπάρτητο λίθοι δώδεκα, κατὰ τρεῖς εἰς τέσσαρα μέρη διηρμένοι, σάρδιον, [n] τόπαζος, σμάραγδ, ἄνθραξ, ἴασπις, σάπφειρος, ἀχάτης, ἀμέθυστος, λιγύριον, ὄνυξ, βήρυλλος, χρυσόλιθος· ὧν ἐφ' ἑκάστου πάλιν, εἰς τῶν ἐπωνύμων ἐγέγραπτο. τὸν δὲ κεφαλὴν βυσσίνη μὲν ἔσκεπε πάρος, κατέστεπτο δ' ὑακίνθῳ· περὶ ᾗ χρυσοῦς ἄλλος ἦν στέφανος, [o] ἐκτύπωμα φέρων τὰ ἱερὰ γράμματα. ζῶντα δὲ ἦσι φαίνεται τέσσαρα. ταύτῃ μὲν οὖν τὸν ἱερέα οὐκ ἐφόρει ⓐ ἄλλον χρόνον, λιτουργῶν δ' ἀπελάμβανεν, [p] ὁπότε δὲ εἰσοῖσι εἰς τὸ ἄδυτον, εἰσῄει δ' ἅπαξ καθ' ἑαυτὸν μόνος, ὃν ἡ νηστεύειν ἔθος ἡμέρα πάντας τῷ Θεῷ. καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ, [q] τ' ἐπὶ τούτοις ἐῶν καὶ νόμων, αὖθις ἀκριβέστερον ἐρῦμεν. ὑ γὰ ὀλίγῳ πρὸ αὐτῶν καταλείπῃ λόγος.

